

# La provincia agustiniana de Portugal en los años 1546-1566

POR  
DAVID GUTIÉRREZ, OSA

Publicamos a continuación \* las actas capitulares que se conservan de dichos años, varias cartas de los vicarios Villafranca y Montoya a los priores generales Seripando y Cristóbal de Padua, con las respuestas del primero y cartas y textos de los registros del segundo. Son muy importantes las respuestas de Seripando, porque dictadas por un hombre que juntaba a su extraordinario temple espiritual larga experiencia de reformador: había pasado más de veinte meses de visita canónica en las provincias agustinianas de Italia, Francia y España, cuando visitó los conventos de la portuguesa desde mediados de julio hasta mediados de septiembre del año 1541. Sus registros nos demuestran que procedía con rigor en la visita, que reprendió con severidad a muchos provinciales, que alabó a muy pocos sin restricciones y que ningún superior mayor vio tan aprobada su obra por el General como los dos citados vicarios <sup>1</sup>. Puede verse una nueva prueba de la estima en que los tenía en la siguiente carta, que les dirigió al recibir las actas del capítulo que habían celebrado en mayo de 1546.

---

\* Abreviaturas:

Aa 48 = «Notitiae provinciae Lusitaniae», en el Archivo de la Orden.

Dd = Registros de los Priors generales, en el mismo Archivo.

Ff = «Acta capitulorum provincialium», en el mismo Archivo.

1. Cf. *Archivo Agustiniiano* 65 (1981) 11-37.

## 1. SERIPANDO A VILLAFRANCA Y MONTOYA

Trento, 29 de septiembre de 1546

*Confirma las actas; el colegio de Coimbra; ayuda del rey Juan III; imposibilidad de obtenerles un favor del Papa por estar lejos de Roma*

Vicariis Lusitanis:

Quo magis studio vestro et diligentia res instius provinciae crescunt Deique pietas et religio augetur, eo magis laetamur Deoque Patri et Domino Iesu Christo servatori nostro gratias agimus, qui vobis *favorem et auxilium praestat, ut quod cupimus vos ipsi perficiatis*.

Acta ergo capituli vestri et locorum dispositiones praesentibus litteris confirmamus et confirmata —licet ad vos non transmittantur— declaramus. Vellemus autem ut distincte quot sacerdotes, quot professos, quot novitios in conventibus singulis habetis transcriberetis, ut numerum et statum ipsorum cognoscere possemus.

De collegio Conimbricensi deque ipsius incremento, de quo venerabilis frater Ludovicus de Montoya nos facit certiores, gaudemus plurimum serenissimoque Regi, qui tanto Religionem nostram amore prosequitur, precamur omnem felicitatem, Deum immortalem perpetuo exorantes, ut sanctissimis eius votis benigne satisfaciatur<sup>2</sup>; hortamurque vos ut ad eos qui in dicto collegio studii causa commorantur animos vestros convertatis atque, *ut soletis*, die noctuque vigiletis ut ipsi, bonis litteris sanctissimisque moribus exornati, fructum plurimum ferant<sup>3</sup>, unde immortalis Deo sit gloria, felicissimo Regi benedictio, Religioni vero nostrae incrementum.

De collectis vero putamus iam Romae esse receptas.

Quod de gratiis quas a S<sup>mo</sup> D<sup>no</sup> N<sup>ro</sup> impetrare velletis ad nos scribitis, placeret nobis plurimum; verum Tridenti sumus, nec possumus Sanctitatem suam adire, petitionem vestram exponere atque vobis favorem aut auxilium ferre.

Scripsimus ad vos paucis ante diebus et ad comitia generalia, sequenti anno in Italia habenda, vos invitavimus: curate omnino ut vel alter vestrum vel unus ex provincia veniat, vir religiosus et prudens; neque ullam excusationem afferatis<sup>4</sup>.

Serenissimos Regem et Reginam reverenter nostro nomine salutate.

*Dd 22, 32-32v.*

2. El 29 de enero de 1546, cuando los padres del Concilio de Trento querían dar gracias al Papa, por haberlo convocado, y al Emperador y a varios reyes como promotores del mismo, dijo Seripando que no debía quedar sin respuesta la carta gratulatoria del Rey de Portugal: «Cui omnino respondendum est cum gratiarum actione et insigni aliqua beneficae voluntatis significatione». *Conc. Tridentinum*, ed. Goerresiana, II, Friburgo de Br. 1911, p. 426.

3. Cf. Ioan 15, 16, y Lc 8, 15.

4. Alegaron excusas y no asistieron ellos ni enviaron a otro religioso al capítulo general de 1547, cosa que disgustó mucho a Seripando, como se verá en alguna de las cartas siguientes.

## 2. CAPÍTULO PROVINCIAL DE 1548

IHS. Capitulum provinciale huius provinciae Lusitanae, Ordinis heremitarum sancti patris nostri Augustini, celebratum est in conventu nostro sanctae Mariae Gratiarum Ulisbonensi, dominica quarta post Pascha anni Domini 1548. In quo praefuerunt Rev<sup>di</sup> patres frater Franciscus de Villa Franca et frater Ludovicus de Montoya, vicarii generales eiusdem provinciae, nomine et vice Rev<sup>mi</sup> patris nostri fratris Hieronymi Neapolitani, totius Ordinis nostri prioris generalis.

Electi sunt in definitores eiusdem capituli Rev<sup>di</sup> patres Franciscus de Villa Franca prior conventus Ulisbonensis, fr. Antonuis de sancta Maria prior monasterii de Villa viciosa, fr. Ludovicus de Lisboa prior Santarensis et fr. Alexius prior coenobii de Pena firme. Qui omnes, una cum patre fratre Ludovico de Montoya, infra scripta statuerunt et decreverunt:

In primis protestamur quod nostrae intentionis non est aliquid definire contrarium decretis sanctae Romanae Ecclesiae aut institutis Rev<sup>mi</sup> patris nostri Generalis.

Vidimus praeterea acta praecedentis nostri capituli provincialis et, ea approbantes, ab omnibus observari iubemus.

Statuimus etiam quod nostri Ordinis praedicatores praedicent frequentius in suorum monasteriorum ecclesiis; et alibi etiam contiones habere poterunt, si ad id vocati et rogati fuerint, de suorum copia praelatorum. Nihil tamen temporalis mercedis exigent pro sermonibus habitis, sed petant dumtaxat tum Dei gloriam, tum vero animarum salutem; quod si pro huiusmodi contionibus a Christi fidelibus gratis aliquae eleemosynae offeruntur, accipi poterunt et in usus communitatis et conventus integraliter redigantur.

Ordinationes conventum [fol. 261v-262v]:

In conventu nostro beatae Mariae Gratiarum Ulisbonensi: Dimittimus in priorem Rev<sup>dum</sup> patrem fratrem Franciscum de Villa Franca. In conventuales vero assignamus: Magistrum fratrem Sebastianum Toscano, fratrem Antonium de sancto Christophoro vicarium, fratrem Gasparem de Villa viciosa praedicatorem et confessorem, fratrem Andream de Braga praedicatorem et confessorem, fr. Bartholomaeum de Martyribus, fr. Ioannem de Algarve, fr. Didacum de sancto Stephano confessorem, fr. Eduardum, fr. Gregorium de sancta Maria, fr. Leonardum de Angelis, fr. Antonium de sancto Petro, fr. Martinum de Regibus, fr. Paulum de Iesu, fr. Ludovicum Matris Dei, fr. Vbertinum, fr. Illefonsum de Aldea grande. fr. Alvarum Monteyro, fr. Gregorium de Angelis, fr. Dominicum de Trinitate, fr. Dominicum de Sacramento, fr. Gregorium de sancta Maria, fr. Petrum de sancto Nicolao, fr. Ioannem de sancto Ioseph<sup>5</sup>, fr. Ioannem de sancto Vincentio, fr. Michaelem de Cruce,

5. Conocido como cronista de la Orden. Cf. G. de Santiago Vela, *Ensayo de una Biblioteca iberoamericana de la Orden de san Agustín*, VII, Madrid 1925, 180-81.

fr. Hieronymum de sancta Maria, fr. Georgium de sancto Stephano, fr. Antonium de sancto Bartholomaeo, fr. Petrum de sancto Augustino, fr. Georgium de sancto Iacobo, fr. Blasium de Sanctis, fr. Andream de Conceptione, fr. Thomam de Iesu <sup>6</sup>, fr. Ferdinandum de Ascensione, fr. Antonium de sancto Andrea, fr. Emmanuelem de sancto Petro, fr. Didacum de sancta Monica, fr. Franciscum de sancto Gulielmo, fr. Antonium de sancto Ioseph, fr. Georgium de sancto Augustino, fr. Antonium de sancta Christina, fr. Ioannem de sancta María, fr. Antonium de sancto Ioanne, fr. Benedictum de sancta Maria, fr. Matthaeum de Angelis, fr. Petrum de Arganill, fr. Antonium de Christo.

[fol. 269v-273v]: <sup>7</sup> In conventu nostro Conimbricensi dimittimus in priorem Rev<sup>dum</sup> patrem fratrem Ludovicum de Montoya. In conventuales vero assignamus: fratrem Petrum de Caelo vicarium, fr. Ambrosium de Praesentatione, fr. Ferdinandum de Paradiso, fr. Amatorem Dei, fr. Melchiorem de Regibus, fr. Didacum de sancta Anna, fr. Amatorem de sancta Maria, fr. Franciscum de Christo, fr. Franciscum de Resurrectione, fr. Petrum sancti Augustini, fr. Antonium sancti Augustini, fr. Gaspar de Regibus, fr. Didacum de Iesu, fr. Vascum de sancto Ioanne, fr. Franciscum de sancto Andrea, fr. Ludovicum de sancto Iacobo, fr. Didacum de sancto Ioanne, fr. Ioannem matris Dei, fr. Petrum de Christo, fr. Simonem de sancta Maria, fr. Hieronymum de Evora, fr. Antonium de Iesu, Didacum de Angelis, fr. Valentinum de Luce, fr. Rodericum de sancto Sancto, fr. Ioannem de Christo, fr. Gasparem de Angelis, fr. Gasparem de Iesu, fr. Blasium de Angelis, fr. Antonium de Cruce, fr. Sebastianum sanctae Monicae, fr. Sebastianum sancti Augustini, fr. Andream de Angelis.

In conventu nostro Eborensi praeficimus in priorem fratrem Ioannem de Turre. In conventuales vero assignamus: fratrem Didacum de Turre vicarium, fr. Antonium de Angelis praedicatorum et confessorum, fr. Illefonsum de Trinitate confessorum, fr. Ioannem sancti Augustini, fr. Augustinum de Regibus, fr. Ioannem Baptistam, fr. Franciscum de sancto Ioseph, fr. Gundisalvum de sancto Iacobo, fr. Didacum sancti Iacobi, fr. Petrum Firmum, fr. Ludovicum de Iesu, fr. Rodericum de Trinitate, fr. Antonium de sancta Maria, fr. Ioannem de sancto Petro, fr. Franciscum de sancto Ioanne.

In conventu nostro Santarenensi dimittimus in priorem fratrem Ludovicum de Lisboa. In conventuales vero assignamus: fratrem Andream Gouea sacristam, fr. Antonium de Benfica confessorum, fr. Paulum, fr. Sebastianum de Borba.

In conventu nostro de Villa viçosa praeficimus in priorem fratrem Petrum de Villa viçosa canonice electum. In conventuales vero dimittimus:

6. El célebre autor de los *Trabalhos de Jesus*. Estudios modernos acerca de su obra en la revista *Augustiniana* 26 (1976) 222-23; 28 (1978) 493; 31 (1981) 67.

7. En los folios 263-268 se incluyeron en fecha posterior documentos que no se refieren al capítulo de 1548.

fratrem Andream confessorum et vicarium monialium sanctae Crucis, fratrem Georgium Mechiall, fr. Antonium de sancta Iusta, fr. Amatorem de sancta Maria, fr. Ferdinandum sacristam et confessorum, fr. Ferdinandum Taruco, fr. Hieronymum de Monte mor, fr. Didacum de Mojon frio, fr. Nunum, fr. Didacum Cordeiro, fr. Didacum de Lorinam, fr. Ambrosium, fr. Augustinum, fr. Emmanuelem de Borba, fr. Ioannem de Christo, fr. Melchiorem de Almoester, fr. Antonium Baptistam, fr. Dominicum.

In conventu nostro de Torres vedras praeficimus in priorem fratrem Didacum sancti Michaelis. In conventuales vero: fratrem Ferdinandum Campos vicarium et confessorum, fr. Petrum de Plagis, fr. Ludovicum de Christo, fr. Ioannem de Gratia, fr. Emmanuelem de Christo, fr. Franciscum de Angelis, fr. Antonium sancti Michaelis, fr. Bernardum.

In conventu nostro de Monte mor praeficimus in priorem fratrem Antonium de Herreira. In conventuales vero: fratrem Raphaellem vicarium, fr. Ioannem Sanctos praedicatorum et confessorum, fr. Franciscum de Guimaraes, fr. Franciscum de Cruce, fr. Antonium de Santarem, fr. Didacum de Oca, fr. Franciscum de Plagis, fr. Franciscum Motosum.

In conventu nostro de Pena firme dimittimus in priorem fratrem Alexium. In conventuales vero: fratrem Antonium de sacra Maria confessorum, fr. Christophorum Tibao praedicatorum et confessorum, fr. Sebastianum de Lisboa confessorum, fr. Benedictum.

In conventu nostro de Castello branco praeficimus in priorem fratrem Illefosum Ruyvanum. In conventuales vero: fratrem Emmanuelem Darayolos confessorum, fr. Augustinum, fr. Andream de Cruce, fr. Antonium Cordeiro.

Aa 48, fol. 261-262v y 269r-273r; al fin las firmas autógrafas de dos solos definidores: Antonio de sancta María y Luis de Montoya.

### 3. VILLAFRANCA Y MONTOYA A SERIPANDO

Lisboa, 20 de mayo de 1548

Reverendísimo Padre,

Cristo Jesús more in su alma. Amén. Una carta de V<sup>ra</sup> Paternidad recibimos, en la qual nos reprehendía por no aver ydo al capitulo general <sup>8</sup>; mas nuestro Señor sabe quam entera voluntad tenemos de le obedecer siempre y en todas las cosas, y que entonces no pudimos más fazer: y esta es la verdad sin dubda. Después acá ninguna otra carta suya avemos recebido.

El capitulo provincial de esta provincia se celebró en nuestra casa de Lisboa con toda paz y concordia de los religiosos; y parece que en lo espiritual y

8. Publicada en *Archivo Agustiniano* 65 (1981) 39-40.

temporal va creciendo esta provincia, aunque no tanto como nos deseamos, por que las personas no se han hecho tan presto como quisieramos, para nos ayudar a llevar la carga pesada destes cuydados, la qual sufrimos hasta agora por solo el amor de Dios y la obediencia a V<sup>ra</sup> Paternidad y la necesidad que vemos que ay, aunque siempre deseamos algún descanso, si nuestro Señor fuere servido de nos lo dar.

En el convento de Torres vedras pusimos en este capítulo prior y conventuales de los nuevos; así que tienen ya éstos quatro casas, *scilicet* Lisboa, Coymbra, Evora y Torres vedras. Dándonos nuestro Señor su gracia yrá todo de bien en mejor; aunque en la verdad todos los religiosos —nuevos y *vellos*— viven bien y religiosamente: loores a nuestro Señor.

Con ésta enviamos a V<sup>ra</sup> Paternidad las actas del capítulo y las provisiones de los conventos, para que las vea y las confirme. También le enviamos dieziseys cruzados largos de la *colleta* de esta provincia, del bienio que se comienza en este capítulo que se celebró este año de 1548. Y mándenos V<sup>ra</sup> Paternidad su santa bendición a nosotros y a todos estos sus *fillos*.— De Nuestra Señora de Gracia de Lisboa, a 20 de mayo de 1548.

Hijos obedientes de V<sup>ra</sup> Paternidad, frey Francisco de Villa Franca. Fray Luis de Montoya.

*Aa* 48, f. 338r. Letra de Montoya y autógr. las dos firmas.

#### 4. VILAFRANCA A SERIPANDO

Lisboa, 3 de junio de 1548

Reverendissimo in Christo Padre,

Christo Ihesu more siempre en el ánima de vuestra Rev<sup>ma</sup> Paternidad, amén.

El Rey nuestro señor y la Reyna con mucho plazer me dieron una buena nueva: que V<sup>ra</sup> Paternidad era uno de los quatro electos para componer y concertar las cosas de Alemania <sup>9</sup>. Dimos todos estos sus *fillos* gracias a nuestro Señor y esperamos de tan buenos principios felices sucesos: por nosotros no quedará de lo suplicar a Dios.

Grande pena avemos recebido del enojo de vuestra Rev<sup>ma</sup> Paternidad, a quien sabe el Señor que no le queríamos dar más pena que a *nosa* ánima. Pero como estamos aquí al pie de la obra y experimentamos la grande falta de las personas, y que no avía quien con honrra de la provincia fuese allá, con buen zelo —aunque según parece indiscreto— se hizo, pues V<sup>ra</sup> Paternidad se ha enojado. Por amor de Dios V<sup>ra</sup> Paternidad nos perdone y nos escriba y nos

9. No se trataba de tanto, sino de conceder la comunión bajo las dos especies a los fieles en Bohemia. El breve escrito que Seripando compuso con este motivo puede verse en H. JEDIN, *Giro-lamo Seripando*, II, 520-21; acerca del tema, *ibidem*, 168-170.

envíe su bendición. Ya en otra escribí que, aunque viejo y gotoso, que me envíe a llamar a mí y verá si voy y haga de mí lo que mandare: *Etiam, pater mi, si occidas me, diligam te.*

El capítulo se hizo pacíficamente y bien, gracias a nuestro Señor. La coleta le enviamos. La provincia va en crecimiento, así en lo spiritual como en lo temporal: plazera a nuestro Señor que *sub tanto patre veniet ad perfectionem.* Dé Dios a vuestra Rev<sup>ma</sup> Paternidad lo que desea, para exaltación de su Iglesia y bien de la santa religión, amen.- De Lisboa a tres de junio de 1548 años. Idignus filius Fr. Franciscus de Villa Franca.

*Aa 48, f. 332r. Autógr. carta y firma.*

##### 5. SERIPANDO A LOS VICARIOS

Roma, 2 de octubre de 1548

*Contento de su obra; las nuevas Constituciones para conservar la unidad de la Orden; gratitud a los Reyes y bienhechores en Portugal*

Vicariis Lusitanis:

Ex litteris vestris et ex actis capituli omnia quae apud vos gesta sunt ad Dei gloriam et Ordinis nostri incrementum *libenter iucundeque* accepimus. Pro quibus Deo et servatori nostro Iesu Christo gratias egimus, cum a divino Spiritu omnium quae nobis contingunt bonorum et initia gubernentur et fines perficiantur. Idem a vobis semper fieri optamus et precamur.

Nos laboravimus pro Constitutionum Ordinis exacta reformatione, quas, habita quoque ratione censurarum quas *simul cum apud vos essemus* meditabamur, et nationum omnium sententia ac iudicio, in capitulo generali examinatas, imprimi curabimus et ad vos transmitti: ut quamtam maxime fieri potest *Ordo totus noster unionem et morum conformitatem teneat*, neque ulla —etiam pietatis specie— unius corporis membra invicem secta ac divisa sint. Si, ut speramus, pontificia auctoritate roboratae in lucem venient, nemo erit qui ad generale capitulum vocatus non veniet, et omnia in meliorem formam redacta conspiciantur unique capiti obsequentur omnia membra; neque quisquam aliud praeter unum caput agnoscet, cui vovit se obtemperaturum <sup>10</sup>.

Hac spe rerum futurarum, praeterita vobis libenter ignoscimus et quod ad praeteritum capitulum non miseritis veniam damus, tametsi nulla efficaci vos ratione excusetis. Sed de his nihil amplius loquendum.

Monemus vos ut serenissimo Regi, Reginae ac omnibus proceribus nos et Ordinem frequentissime commendetis, et in eo quod coepistis perseveretis sancto opere, praesertim in sancta adulescentium ad veram pietatem institu-

10. Acerca de las Constituciones que Seripando publicó en 1551, para restablecer «la unión y uniformidad de la Orden» en las provincias y congregaciones de la observancia, cf. E. Esteban en *Analecta Augustiniana*, 2 (1907) 58-62, 79-84.

tionem, quorum vos precibus iuvari curate. Versamur enim in molestiis maximis, tum nostrarum tum publicarum rerum. Deo commendate divinam et Iesu Christi servatoris nostri sanguine ablutam Ecclesiam. Valet.

*Dd 23, f. 30rv.*

#### 6. SERIPANDO A VILAFRANCA.

Roma, 6 de enero de 1549

Vicario Lusitano:

Fratrem Benedictum de Villa vitiosa, qui absque ulla venia ad nos venerat, asserens se a venerabili fratre Francisco Villafranca, vicario nostro Lusitano, Missa privatum fuisse cuiusdam nostrae definitionis vigore, ad dictum vicarium remisimus ut, re perspecta, pro meritis cum eo ageret. De definitione autem praefato vicario facultatem fecimus cum eo dispensandi et ad celebrandum admittendi, modo esset sufficiens ac bonae vitae.

*Dd 23, 55r.*

#### 7. SERIPANDO A BALTASAR LIMPO, OBISPO DE OPORTO <sup>11</sup>

Roma, 15 de enero de 1549

*Gratitud al Rey de Portugal y aviso a los vicarios, que no podrán excusarse con el nombre del monarca para no asistir a los capítulos generales*

Dedimus litteras Rev<sup>mo</sup> domino episcopo Portuensi in Lusitaniam revertenti ad serenissimum Regem Lusitaniae, cum memoriali infra scripto in libro C folio 15 <sup>12</sup>.

Rogo Dominationem vestram Rev<sup>mam</sup>, ut incolumis Dei et Domini nostri Iesu Christi gratia in Lusitaniam patriam suam pervenerit, meminisse primum velit serenissimo Regi me humillimum servum suum commendare sibi que exponere quantopere, semper ex quo a Lusitania discessi, suorum erga me meumque Ordinem beneficiorum memoriam retinuerim, semperque mandaverim pro felici statu et incremento suae Maiestatis preces ad Deum summum Regem fundi atque quomodo semper et ubique, ubi agnovi posse me servire sibi, quacumque ratione id fecerim quodque maximi muneris loco ducam semper, aliquam mihi occasionem dari serviendi tam pio et vere christiano Regi: cui etiam meas litteras dare dignetur.

Deinde dari quoque iubeat litteras vicariis meis, vel illorum saltem alteri, atque illis meo nomine dicere quam mihi fuerit molestum, quod iam bis ad ge-

11. Fue el único prelado portugués que asistió al primer período del Concilio de Trento, donde lo conoció Seripando en los años 1545-47. Véase la revista *Carmelus* 5 (1958) 411; C. Eubel, *Hierarchia catholica*, III, 296.

12. Los libros B y C, en los que Seripando mandaba copiar documentos que no se referían a cosas de la Orden, se han perdido.



nerale acciti capitulum <sup>13</sup>, neque venire neque mittere voluerint: qua in re abusi sunt nomine et favore serenissimi Regis, quod ab aliis religiosis non fit, qui cum beneplacito suae Maiestatis quacumque ex causa vocati, obtemperant neque tam obstinate tergiversantur. Dominatio igitur vestra, ex sua erga me servum suum benevolentia, pro sua velit etiam auctoritate illos docere, quam grave hoc fuerit universo Ordini meo scandalum, cum nulla natio defuerit proximo [praeterito] capitulo, omnes —etiam observantissimi— convenerint, praeter illos.

Sciat etiam Dominatio vestra Rev<sup>ma</sup> quod in reformatis Constitutionibus, quae propediem emittentur in lucem, ex omnium nationum consensu et auctoritate, etiam Sedis Apostolicae, cautum est ut iure ipso quicumque ad capitulum non venerint vocati, vel causa rationabili existente non miserint, sint excommunicati et ac omni officio ipso facto privati. De his etiam dignabitur Dominatio vestra Rev<sup>ma</sup> verbum facere cum serenissimo Rege, cuius dumtaxat ratione et veneratione hactenus hac ego indignitatem a subditis meis passus sum, alioqui gravissimis poenis et censuris animadvertissem; sed scio non placere suae Maiestati neglectum oboedientiae in religiosis, qui ad id maxime nititur ut Ordines suas regulas omnes refoermentur.

Vicarii isti mei scio quantam ipsi a suis subditis exigunt oboedientiam; at ipsi cui oboedire voverunt non obeodiunt, ineptissimis quibusdam rationibus se tuentes. Mittam igitur suo tempore reformatas Constitutiones et intellegent summi Pontificis et totius Ordinis in hac re consilium.

Litteras meas ad magistrum fratrem Sebastianum Toscanum, obsecro, mandet sibi dari in manus, cum ea capsula quam ipse meò nomine serenissimae Reginae donaturus est <sup>14</sup>.

Denique maxime cupio Dominationis vestrae Rev<sup>mae</sup> verbis commendari eidem serenissimae Reginae, serenissimo principi, Rev<sup>mo</sup> el Ill<sup>mmo</sup> domino meo, domino Cardinali atque etiam clarissimo infanti domino Loïsio <sup>15</sup>. Sed ut Dominatio vestra Rev<sup>ma</sup> memor sit servi sui, cui etiam omnia imperet in quibus usui sibi esse possim in his partibus valde et vehementer cupio. — Dominus noster Iesus Christus, qui te ad nos duxit, in patriam reducat incolumem.

*Dd 23, 55v-56v.* El mismo día escribió los dos textos siguientes:

## 8. A SUS VICARIOS

Fratribus Francisco Villafrancae et Ludovico de Montoya, vicariis nostris Lusitanis, mandavimus ut praefato Rev<sup>mo</sup> domino Episcopo in iis quae nostro

13. Los había llamado a los capítulos de 1543 y 1547, como puede verse en *Analecta Aug.* 9 (1922) 290 y 306.

14. Era una tabla en la que un buen pintor había representado a san Juan Bautista. Véase la carta de nuestro número 9.

15. El «Cardenal Infante» se llamaba Enrique y era obispo de Évora. Eubel, *Hierarchia cathol.* III, 191. El infante don Luiz, de la familia real.

nomine illis exponeret tantam fidem adhiberent ac si nos ipsi essemus. *Dd 23, 56v.*

#### 9. A SEBASTIÁN TOSCANO

Magistro Sebastiano Toscano. Accipe munusculum quod serenissimae Reginae missurum me saepenumero pollicitus sum. Tuum erit illud verbis ornare quantum poteris. Imago est magni illius Praecursoris Domini nostri Iesu Christi, qui mihi christianos omnes principes monere videtur, ut quemadmodum ipse a Deo optimo maximo missus est, *ut testimonium perhiberet de lumine*<sup>16</sup>, ita illi sanctum et salutare lumen ad eas nationes suo labore et industria pervenire curent, quibus nihil adhuc de vera salutis via veroque lumine annuntiatum est: in quo Lusitani nostri reges supra omnes alios excellunt. Haec et item alia tu collige, quibus meam commendari posse servitutem, non Regi Reginaeque solum, sed omnibus etiam aliis vestris principibus existimabis. Et vale.

*Dd 23, 56v.*

#### 10. MONTOYA A SERIPANDO

Coimbra, 9 de enero de 1549

Reverendísimo Padre,

Christo Ihesu, *auctor de nuestra salud*<sup>17</sup>, more en su alma y lo alumbre, para que en todas las cosas cumpla su santísima voluntad. Amén.

Otras le tengo escritas en que le doy cuenta de lo que acá passa, más por que no sé si llegan a sus manos nuestra cartas, soy forçado a le tornar a escribir más vezes.

Reçebimos su carta que nos escribió con las actas del capítulo general, y con ella mucha consolación por saber de su salud, la qual le conserve nuestro Señor muchos años, y la dé mayor gracia y favorezca su propósito sancto, para que lleve adelante la reformation de nuestra Orden començada. Amén.

Las cosas desta provincia van bien, gracias a nuestro Señor. Y el Rey de Portugal reçibe mucho contentamiento con las letras de V<sup>ra</sup> Paternidad. Y fazer nos ha caridad de escribirle siempre, agradeciéndole el favor y bien que en este reyno faze a nuestra Religión, en especial por el monesterio y colegio que en Coymbra nos edifica, en el qual ya agora estamos treynta religiosos, los quales estudian sus letras y buenas costumbres. Plega a Dios que aprovechen en todo como deseamos. Amén. Yo me estoy con ellos para proveer en su estudio y en las obras lo que conviene.

16. Ioan 1, 7.

17. Hebr 2, 10.

Mi Padre compañero reside en Lisboa y de allí va a la corte, quando la Reyna lo llama, y a visitar essotras cassas, en lo qual tiene más trabajo, con ser ya más viejo y de menos fuerças. Dios nos lo guarde por su misericordia. Amén.

Ya V<sup>ra</sup> Paternidad sabe cómo la yglesia de nuestro monasterio de Santa-rém estava cayda y el monesterio muy viejo y perdido; por lo qual en el capítulo passado ordenamos que se quitassen de aquel convento los religiosos dél, y con la renta de la casa se començasse luego a reedificar la yglesia; que puede ser la renta 250 cruzados cada año, con otras limosnas que el Rey da. Y asy pusimos en aquella casa quatro frayles que tienen cuydado das obras y de lo que es menester. Y el Nunçio <sup>18</sup> para esto dispensó que de quatro Missas forçadas que aquella casa tenía de obligaçión cada día, no se dixesse más de una cada día, y los días de fiesta dos; y que con esto cumpliesen sus encargos, por que desta renta se edificasse la casa. Y quiso que esta dispensaçión durasse por çinco años.

Querriamos, si fuesse possible, que V<sup>ra</sup> Paternidad alcançasse del Papa, o por Breve o por *vivae vocis oraculo in conscientia tamtum*, que se estendiesse esta dispensaçión del Nunçio por quinze años, por que asy se pudiesse edificar la casa, que está muy cayda toda. Hágalo por amor de Dios.

E también encomendamos a V<sup>ra</sup> Paternidad que nos alcançasse del Papa la confirmaçión da cofradía de Nuestra Señora de Graçia, en este reyno, para remediar la pobreza das casas de esta provinçia, segund la ynstruçión que desto tiene allá un Pedro Dominico <sup>19</sup> que en Roma faze los negoçios del Rey. V<sup>ra</sup> Paternidad nos la alcançe por caridad.

También conviene que V<sup>ra</sup> Paternidad sepa cómo un prelado de este reyno mandó llamar a una proçesión a nuestros frayles, y porque ellos se escusaron con escusaçión legítima y verdadera —que no estaban para salir fuera, por que muchos dellos estaban enfermos etc.—, no azeptó la escusa, antes *eadem die* declaró a nuestros frayles por descomulgados; y mandó en el pueblo que por tales nos evitassen etc. Del qual escándalo el Rey se enojó y le mandó quitar el escándalo que avía hecho etc. Y no obstante esto, dize este prelado que se ha de guardar en su diócesi lo que se ordenó *in concilio Lateranensi sub Leone decimo circa religiosos* <sup>20</sup>. Y no los dexa reçeibir Ordenes sin se examinar, como los clérigos etc. La qual molestia y escándalos nos han dado acá harta pena. Podrialo V<sup>ra</sup> Paternidad remediar con pedir al Papa una confirmaçión y

---

18. Giovanni Ricci de Montepulciano. H. Biaudet, *Les nonciatures apostoliques permanentes*, Helsinki 1910, p. 99.

19. Así claramente en el texto, pero es probable que deba leerse: «un Padre dominico».

20. Cf. *Conciliorum oecumenicorum decreta*, ed. G. Alberigo y otros, Friburgo de Br. y Barcelona 1962, p. 621-625. Pero, además de no admitir las «excusaciones legítimas y verdaderas» de nuestros Vicarios, el incógnito prelado parece que no tuvo en cuenta una bula del 14 de mayo de 1517, en la que León X renovó en gran parte las exenciones de los religiosos mendicantes.

nueva concesión de todos los privilegios que sus predecesores han concedido a nuestra Orden, *non obstantibus quibuscumque apostolicis suspensionibus, revocationibus et restrictionibus, sive constitutionibus et ordinationibus in synodalibus sive provincialibus aut generalibus conciliis datis* etc. Y con esta confirmación, nos tenemos bullas de la exempción de nuestra Orden *à quibuscumque praelatis ecclesiasticis*, por donde no nos puedan molestar. V<sup>ra</sup> Paternidad trabaje por nos alcanzar esta gracia de su Santidad, por Breve o por *vi-vae vocis oraculo*, que la ternemos acá en mucho; y escribanos lo que cuestan allá estos despachos, que luego lo enviaremos.

También deseo yo mucho ver alguna cosa de sus escritos *super Psalmos vel super Epistolas beati Pauli*. Si por ventura V<sup>ra</sup> Paternidad ha sacado algo a luz de sus trabajos, no se olvide de lo comunicar a sus hijos obedientes que lo desean. Y envíenos siempre su santa bendición y tenga memoria de nosotros en sus oraciones santas y sea con todos el Espíritu Santo. Amen.- De Coymbra a 9 de enero de 1549.

Hijo obediente de V. Paternidad, fray Luis de Montoya.

Aa 48, 230rv, autógr. carta y firma.

## 11. MONTOYA A SERIPANDO

Lisboa, 20 de noviembre de 1549

Christo Ihesu more en su alma y alumbre a V<sup>ra</sup> Paternidad en su conocimiento y lo inflame en su santo amor, para que en todas las cosas cumpla su santísima voluntad. Amén.

Muchos días ha que no avemos visto carta suya ni yo le he escrito, porque no se ha ofrecido ocasión para esto. Agora quise escribir ésta a V<sup>ra</sup> Paternidad por darle cuenta de nuestra vida.

Por la misericordia de nuestro Señor Dios esta provincia después que V<sup>ra</sup> Paternidad de acá se partió hasta agora ha estado en paz y todas las casas están más proveitadas en edificios y en buenas costumbres. Bendito sea nuestro Señor Dios, de quien viene todo bien.

Mi Padre compañero está ya más viejo y enfermo en el cuerpo, aunque en el espíritu está tan rezio como solía, para yr cada día a Maytines y a Prima el primero; y rige su casa de Lisboa y la provincia quasi con las fuerças y espíritu que solía; y confiesa siempre a la Reyna, la qual y el Rey nos tienen mucho amor y favoreçen nuestra Religión en todo lo que les pedimos; en especial nos tienen ya edificado un monesterio y colegio en Coymbra mucho bien, donde quiere el Rey que estén quarenta o cinquenta religiosos, aunque agora no están tantos. Está ya edificado todo el monesterio y la yglesia está començada y se va faziendo. Y hasta agora los religiosos que allí han estado se sustentan con las limosnas que nos da el Rey; y agora —por que esta obra vaya adelante y no desfallezca— quiere su Alteza dotar este monesterio y colegio, y manda pedir al Papa que quiera anexas a este nuestro colegio un monesterio de beni-

tos, que suele andar en encomienda de clérigos seculares y es del patronazgo del Rey; y manda redimir cierta pensión que un cardenal tiene sobre este monasterio, de lo qual todo manda sus letras y recabdos al doctor Baltasar de Faria, que está en essa corte. V<sup>ra</sup> Paternidad ayude y favorezca en esto, por sí y por el procurador de la Orden, lo que sea possible, para que el Papa lo conceda, pues que esto es bien común de la Religión.

Y V<sup>ra</sup> Paternidad se *lembre* de nosotros y nos mande su santa bendición como a *fillos* suyos, especialmente a mí que soy más suyo. Y el Espíritu Santo alumbre su alma y lo faça muy grande en su acatamiento. Amén.- De Lisboa a 20 de noviembre de 1549.

Hijo obediente de V. Paternidad Rev<sup>ma</sup>, fray Luis de Montoya.

Aa 48, 373r.

## 12. EL MISMO AL MISMO

Lisboa, 29 de noviembre de 1549

Reverendísimo Padre, Christo Ihesu more en su alma. Amén.

El Rey de Portugal es tan devoto de nuestra Religión y tan amigo de V<sup>ra</sup> Paternidad, que le quiso escribir respondiendole a cierto recabdo que truxo el Obispo de Portu. Yo envío a V<sup>ra</sup> Paternidad sus letras por dos vías. Fazer nos ha mucha caridad en le responder, agradeciéndole el amor que nos tiene y las buenas obras que nos faze. Y sepa V<sup>ra</sup> Paternidad que nosotros no le pedimos al Rey la anexación de este monesterio a nuestro colegio de Coymbra ni sabíamos que estava vago, sino él de suyo se movió a ello y nos dixo que lo quería fazer, como ya en este reyno se han anexado otros monesterios como éste a dos colegios que están en Coymbra, *scilicet*, al colegio de Ihesu, que es de los que llaman apóstoles <sup>21</sup>, y al colegio de los frayles de sant Hierónimo, como le dará allá cuenta el doctor Baltasar de Faria, a quien el Rey escribe y manda que faza este negocio, porque quiere perpetuar nuestro colegio que él ha fundado. Y reçebirá su Alteza mucho contentamiento que V<sup>ra</sup> Paternidad entienda en esto, para que mejor allá se acabe, pues que es bien de la Religión.

Y el Espíritu Santo alumbre su espíritu y que en esto y en todas las cosas que fiziere sea nuestro Señor Dios servido y glorificado. Amén.

Y envíenos a todos su santa bendición.- De Lisboa a 29 de noviembre de 1549.

Hijo obediente de V. Paternidad Rev<sup>ma</sup>, fray Luis de Montoya.

Aa 48, autógrafo, y fol. 365r.

21. Era el colegio de los jesuitas, entonces «el más numeroso de la Compañía», según A. Astráin, *Historia de la Compañía de Jesús en la asistencia de España*, I, 241; F. Rodrigues, *História de la Companhia*, I, Porto 1931.

## 13. SERIPANDO A LOS VICARIOS

Roma, 4 de diciembre de 1549

*Que procuren satisfacer al Duque de Braganza, que pide dos predicadores*

Vicariis Lusitanis: Novimus quanto amore Excell<sup>mus</sup> dux Bragantiae<sup>22</sup> Religionem nostram prosequatur; propterea cupimus ut quae, salvo rerum nostrarum ordine et salvis nostris legibus, Excellentiae ipsius concedi possunt, concedatis et ostendatis eidem nihil esse quod Religio nostra, quae ipsum observat, non sit —modo possit— actura.

Vellet sibi duos contionatores eligere qui, Villaevitosae degentes, praedicandi officio fungerentur. Nos, qui fratres istos non cognoscimus neque rerum vestrarum dispositionem scimus, negotium istud ad vos reiecimur. Pensate ergo quid agendum sit et praedicto Exc<sup>mo</sup> Duci quos petit, si fieri potest, concedite. De fratre Dionysio Valentino, quem in contionatorem petebat, non concessimus eum vosque prudenter egistis: non est enim vir cui apud vos locum praebatis aut aliqua ex parte faveatis.

*Dd 23, 146v.*

## 14. EL MISMO A LOS MISMOS

Roma, 13 de enero de 1550

*De la canonización del «beato» Juan de Sahagún. Saludos a los Reyes*

Vicariis Lusitanis: Cum istas provincas visitaremus, plurima de sanctitate beati<sup>23</sup> Ioannis a sancto Facundo intelleximus Deumque clementissimum in eo admirati laudavimus et venerabiles patres provinciae Hispaniae hortati sumus, ut curarent ipsum Sanctorum catalogo per Ecclesiae sanctae auctoritatem ascribi. Nunc quaerunt hinc inde auxilium, praesertim a reverendis episcopis et principibus, ut ipsorum eleemosynis adiuti perficere queant quod iam coeperunt. Hanc ob causam vobis eos plurimus commendamus, ut ipsis in omnibus faveatis et opem feratis, neque in aliquo —praesertim cum res etiam vestra sit quae agitur— illis desitis. Quod si ad vos declinaverint, cum omni benignitate illos suscipite et fraterna caritate amplexemini, ut vere vos fratres esse, quemadmodum profiteamini, opere demonstretis.

Serenissimos Regem et Reginam, quibus omnem cupimus felicitatem, nostro nomine reverenter salutate.

*Dd 23, 158r.*


---

22. Don Teodosio de Braganza, bienhechor de los agustinos portugueses.

23. Beato lo llamaban ya, especialmente en Salamanca; pero no fue beatificado hasta el año 1601. Cf. *Augustiniana* 26 (1976) 193; 31 (1981) 87.

## 15. SERIPANDO A MONTOYA

Roma, 30 de enero de 1550

*Lo nombra árbitro para dirimir la controversia entre la provincia de España y el convento de Valladolid*

Fratri Ludovico de Montoya vicario Lusitano: Orta est controversia quae diu et valde nos perturbavit inter venerabilem provincialem Hispaniae, una cum definitoribus, et conventum Vallisoleti super aedificatione cuiusdam collegii in oppido Vallisoleti. Illud enim de consensu venerabilis magistri Francisci de Nieva, tunc provincialis, et venerabilis magistri Thomae de Villanova, tunc prioris Vallisoleti, nunc vero archiepiscopi Valentini, et fratrum dicti conventus et venerabilis fratris Alfonsi Montesino, que tunc rector collegii nuncupabatur, non sine multis expensis coeptum erat; modernus vero provincialis, una cum suis definitoribus<sup>24</sup>, prosequi aedificium iam coeptum noluit, sed aliud collegium a conventu separatum aedificari iussit, fratribus Vallisoleti reclamantibus situmque dare nolentibus praecepit sub poenis et censuris ut darent; appellantis illis ad nos, appellationem non admisit: res tandem ad nos devenit.

Hanc itaque considerantes pluraque invenientes, quae praesentiam iudicis requirebant, rescripsimus ut infra triduum, nostris litteris lectis, venerabilis provincialis cum definitoribus patrem unum eligerent, alterum conventus Vallisoleti, qui sine appellatione controversiam tollerent atque ferrent sententiam. Illis vero dissentientibus, tertius arbiter a venerabili provinciali et conventu simul eligeretur; quod si in nullum concordarent, te unum nomine nostro vocarent, qui cum duobus arbitris vel altero eorum, cuius iudicium magis probabis, sententiam feras, a qua sub poenis in nostris litteris contentis nemini liceat appellare. De tua enim prudentia et probitate confisi, sic decrevimus, cum sciamus te provinciae illius —tua enim est— amantem, prudenter omnia cogniturum. Igitur, si te advocaverint, libenter eas: expensis enim provinciae et conventus praedicti deduceres et pro iustitia et aequitate litem illam cum arbitris electis, vel altero ipsorum, decernas. Nulla itaque ratione, si te advocaverint, ire illuc renuas; sed rem illi provinciae utilem, Religioni ac nobis gratam facturus eo te conferas. Quod ut facias non modo te monemus et hortamur, sed in meritum sanctae oboedientiae sctricte praecipimus.

*Dd 23, 167v-168. Aun volvió a escribirle el día siguiente:*

## 16. SERIPANDO A MONTOYA

Roma, 31 de enero de 1550

Fratri Ludovico de Montoya vicario Lusitano: Litteras a te Ullisbonae die

24. En el trienio 1548-1551 fue superior de la provincia de España Francisco Serrano y sus

XXVII novembris M D XLIX datas, recepimus Romae XXIII ianuarii M D L. quibus significas te alias ad nos litteras de rebus provinciae istius dedisse; nos a duobus annis litteras tuas non vidimus saepeque mirati sumus quod nihil scriberes neque quomodo res istae se habeant significares. Putabamus tamen eas bene habere, *cum sciremus te et collegam tuum nullis parcere laboribus et vigiliis* pro conservanda et augenda in ista provincia religione et pietate. Donet Dominus ut perserveretis et opus quod coepistis perficiatis.

Litteras serenissimi Regis, quae tuis alligatae erat, accepimus et legimus ex illisque cognovimus magis —iam dudum enim hic nobis notus erat— amorem suae Maiestatis, quo religionem nostram prosequitur. Dominus noster Iesus Christus Maiestatem suam diu servet *incolumem retribuatque ei retributionem promissionis suae* <sup>25</sup>.

De negotio monasterii benedictinorum, cum Pontifex electus fuerit <sup>26</sup>, agemus quae in rem facere iudicabimus, cum ut provincia ista augeatur tum ut regiae Maiestati —quam in capite ferimus— morem geramus. Serenissimos Regem et Reginam cum omni reverentia salutamus.

*Dd 23, 168v-169.*

#### 17. ACTAS DEL CAPÍTULO DE 1550

IHS. Capitulum provinciale huius provinciae Lusitanae, Ordinis heremitarum sancti patris nostri Augustini, celebratum est in conventu nostro sanctae Mariae Gratiarum Eborensi dominica 4<sup>a</sup> post Pascha, anno Domini 1550. In quo praefuerunt Rev<sup>di</sup> patres frater Franciscus de Villa Franca et frater Ludovicus de Montoya, vicarii generales eiusdem provinciae, nomine et vice Rev<sup>mi</sup> patris nostri fratris Hieronymi Neapolitani, totius Ordinis nostri prioris generalis.

Electi sunt in definidores fr. Ludovicus de Montoya prior conventus Conimbricensis, fr. Petrus de Villa viciosa prior conventus eiusdem oppidi, fr. Ioannes e Turre prior coenobii nostri Eborensis et fr. Didacus sancti Michaelis prior monasterii e Turribus vedris. Qui omnes, una cum Rev<sup>mo</sup> patre fratre Francisco de Villa Franca, infra scripta statuerunt et decreverunt:

In primis protestamur quod nostrae intentionis non est aliquid definire contrarium decretis sanctae Romanae Ecclesiae aut institutis Rev<sup>mi</sup> patris nostri generalis.

Vidimus praeterea acta praecedentis nostri capituli provincialis et, ea probantes, ab omnibus observari iubemus.

---

definidores se llamaban Alonso de Ávila, Alonso de Madrid, Nicolás de Briñas y Antonio de Heredia: T. de Herrera, *Historia del convento de San Agustín de Salamanca*, Madrid 1652, p. 300.

25. Cf. Salmo 136, 8.

26. Había muerto Paulo III el 10 de noviembre de 1549 y su primer sucesor, Julio III, no fue elegido hasta el 8 de febrero de 1550.



Dei optimi maximi dilectione provocati, omnibus apostatis qui ad Religionem hactenus reversi sunt pie indulgemus eosque priori statui restituimus.

Moti etiam devotione dulcissimi nominis Iesu, definimus ut iam deinceps in singulis nostrae provinciae conventibus 14<sup>a</sup> die ianuarii festum de nomine Ihesu sollemniter celebretur <sup>27</sup>, in quo proprium Officium huius festi cantabitur; qui vero conventus eo caruerit, Officium de Ascensione dicet.

Id quoque ordinamus, ut in singulis nostris conventibus in festo sancto Pentecostes sollemnem Missam pro Rege nostro et pro totius Ecclesiae statu fratres nostri decantent.

Verbi Dei contionatores de novo instituimus fratrem Didacum de sancta Anna, fratrem Ferdinandum de Paradiso, fratrem Amatorem Dei, fratrem Antonium de sancto Augustino, fratrem Amatorem sanctae Mariae et fratrem Franciscum de Christo.

Confessores vero, fratrem Didacum sanctae Annae, fratrem Petrum de Plagis, fratrem Ioannem de sancto Augustino et fratrem Illefonsum de Trinitate.

Hoc quoque statuimus, ut vicarii in nostris conventibus post priorem primum sibi locum teneant in choro, refectorio, capitulo et alibi.

#### Dispositiones conventuum:

In conventu nostro Ulisiponensi dimittimus in priorem fratrem Franciscum de Villa Franca; in conventuales vero omnes ibidem existentes, praeter fratrem Gasparem de Villa viciosa et fratrem Gregorium de sancta Maria; de novo autem adicimus fratrem Didacum sancti Michaelis.

In conventu Conimbricensi dimittimus in priorem fratrem Ludovicum de Montoya; in conventuales vero omnes ibidem existentes, praeter fratrem Didacum sanctae Annae.

In conventu nostro Eborensi dimittimus in priorem fratrem Ioannem a Turre; in conventuales vero omnes ibidem existentes.

In conventu Santarensi praeficimus in priorem fratrem Antonium de sancta Maria; in conventuales vero fratrem Amatorem sanctae Mariae vicarium, fr. Ambrosium, fr. Franciscum de Guimaraes, fr. Paulum et fr. Sebastianum de Borba.

In conventu nostro de Villa viçiosa dimittimus in priorem fratrem Petrum de Villa viçiosa; in conventuales vero fratrem Andream Torneiro vicarium et monialium confessorem, fr. Illefonsum Ruivanum confessorem, fr. Hieronymum de Monte maiori, fr. Georgium Mechiall, fr. Antonium de sancta Iusta, fr. Ferdinandum de sancto Nicolao confessorem, fr. Iacobum de Lorinham,

---

27. El 14 de enero era el día señalado por el papa Clemente VII, cuando aprobó dicha festividad en el año 1530. *Enciclopedia cattolica*, 8, 1919. Nuestros Vicarios de Portugal siguieron el ejemplo de los primeros agustinos de Nueva España, que en el 1541 ya habían fundado una cofradía del Santísimo Nombre de Jesús en su iglesia de Méjico, dando después el mismo título a su provincia religiosa, de la que pasó en 1565 a la de Filipinas. *Analecta Aug.* 23 (1953) 74.

fr. Andream Gouea, fr. Franciscum Motoso, fr. Franciscum de Angelis, fr. Antonium de Ereia (!) confessoem, fr. Emmanuelem de Borba, fr. Augustinum de Spiritu Sancto, fr. Antonium Baptistam et fr. Didacum de Mojon frio.

In conventu nostro de Turribus praeficimus in priorem fratrem Didacum de sancta Anna; in conventuales vero fratrem Petrum de Plagis vicarium et confessoem, fr. Gregorium de sancta Maria sacristan, fr. Amatorem sanctae Mariae praedicoem, fr. Emmanuelem de Christo, fr. Ioannem de Gratia, fr. Antonium de sancto Andrea et fr. Antonium de sancto Michaele.

In conventu nostro de Monte maiori praeficimus in priorem fratrem Gasparem de Villa viçiosa; in conventuales vero fratrem Leonardum vicarium, fr. Antonium de Benfica, fr. Dominicum Ulisiponensem, fr. Nunum sacristam, fr. Antonium e Santarém, fr. Augustinum de Regibus et fr. Lupum.

In conventu de Pena Firme praeficimus in priorem fratrem Ludovicum Ulisiponensem; in conventuales vero fratrem Alexium vicarium, fr. Christophorum Tibao praedicoem et confessoem, fr. Sebastiamun de Ulisipona et fr. Melchiorem de Almoester.

In conventu nostro Castelli Albi praeficimus in priorem fratrem Ferdinandum Campos; in conventuales vero fratrem Emmanuelem de Arriolos vicarium et confessoem, fr. Ioannem Sanctos praedicoem et confessoem, fr. Didacum Cordeiro, fr. Andream de Cruce, fr. Augustinum et fr. Antonium.-

Frater Franciscus Vicarius. Fr. Ludovicus de Montoya vic., gen. Fr. Iohannes de Turre definator. Fr. Didacus a sancto Michaele definator.

*Aa 48, 285r-287r. Autógr. sólo las cuatro firmas.*

## 18. VILLAFRANCA Y MONTOYA A SERIPANDO

Lisboa, 8 de junio de 1550

Muy Reverendo Padre,

Christo Ihesu, nuestro sumo Bien, more en el alma de V<sup>ra</sup> Paternidad y lo alumbra en todas las cosas para que cumpla su bendita voluntad. Amén.

Fezimos ya en Evora nuestro capítulo y por la misericordia de nuestro Señor Dios todas las cosas dél se acabaron en paz; y proveímos las casas de religiosos y de priores lo mejor que pudimos, porque todavía tenemos falta de personas tales quales las deseamos; mas conformámonos con lo que tenemos. Las actas del capítulo y las provisiones de los conventos enviamos con ésta a V<sup>ra</sup> Paternidad para que las vea y las confirme. La coleta mandaremos *muyto çedo*; y de la coleta que mandamos a V<sup>ra</sup> Paternidad el bienio passado no reçebimos quitaçión; dixeron que de çierto se pagó allá el dinero, aunque la quitaçión se avía perdido: V<sup>ra</sup> Paternidad vea si está allá pago este dinero, porque si no estuviere dado, faremos con el que acá lo reçibió que lo cumpla.

Quanto al negoçio del monasterio de Cete, que el Rey de Portugal nos da para la dotaçión de nuestro colegio de Coymbra, nos escribió Baltasar de Fa-

ria cómo ya tenía redemida y extinta la provisión de los treientos escudos del Cardenal de Santa Flor <sup>28</sup> por mill y quinientos escudos de oro que allá le pagó. Pareciónos que esto estava ben feyto asy, por quitarnos del trabajo de cambios y recambios, que es fatiga. Resta agora que se aya la unión perpetua de aquel monasterio con nuestro colegio, o alomenos temporal por cient (!) años o por çinquenta, si fuere possible averse. O como último remedio se ponga en uno de nosotros *ad tempus*, para que después todavía la unión se procure. V<sup>ra</sup> Paternidad ayude en esto a lo que sea possible, como ya en otra le tenemos escrito.

Y envienos su santa bendición y sea con todos el Espíritu Santo. Amén.

De Lisboa a 8 de junio de 1550 años.- Hijos obedientes de V<sup>ra</sup> Rev<sup>ma</sup> Paternidad, fray Luis de Montoya. Frey Francisco.

*Aa 48, 334r.* Autógr. las firmas y carta escrita por Montoya.

## 19. SERIPANDO A LOS VICARIOS

Perusa, 25 de julio de 1550

*Completa y aprueba las actas capitulares; el monasterio de Ceite*

Vicariis Lusitanis:

Cum praesentes litteras vobis scripsissemus, datae sunt nobis litterae vestrae cum actis capituli vestri provincialis; quibus nihil addendum duximus, nisi quod ubi vos praecipitis et mandatis omnibus fratribus provinciae vestrae ut preces fundant pro felicitate serenissimi Regis vestri, ordinetis etiam orationes fieri pro felici statu S<sup>mi</sup> D. N. Papae ac pro incolumitate Rev<sup>mi</sup> domini Protectoris nostri <sup>29</sup>, quibus certe non solum nostra Religio, sed universa Christi respublica multum debet.

De aliis autem rebus quae ad istius provinciae docorem attinent ac de Constitutionibus Ordinis nuper in lucem editis, diffuse loquemur in generali capitulo cum illo quem nomine totius provinciae ad nos mittetis <sup>30</sup>.

Quod vero scribitis de unione illius monasterii cum collegio vestro Comimbricensi, cum modo ab Urbe absimus, efficere non possumus; sed cum Romam redierimus, si serenissimi Regis legatus aut alius quispiam nomine vestro ad nos hoc negotium tractaturus venerit, vobis in eo quod poterimus nequaquam sumus defuturi. Acta autem capituli vestri non remittimus, sed apud nos retinuimus.

*Dd 24, 5v.*

28. Era cardenal de Santa Flora Guido Ascanio Sforza. Eubel, *Hierarchia* cit. III, 25; *Enciclopedia cattol.* 11, 476.

29. Durante el largo conclave de 1549 a 1550 había muerto el cardenal protector de los agustinos Nicolás Ridolfi; el 9 de febrero, un día después de la elección de Julio III, pidió Seripando al papa un nuevo protector, que fue el cardenal Marcelo Cervini, el futuro papa Marcelo II.

30. Por encontrarse gravemente enfermo, Seripando no asistió al capítulo general de 1551;

## 20. CRISTÓBAL DE PADUA A LOS VICARIOS

Bolonia <sup>31</sup>, mayo de 1551

*Los confirma en el cargo; las nuevas Constituciones; facultades a Montoya; gracias al Rey por su liberalidad*

Venerabiles fratres Franciscum de Villafranca et Aloisium de Montoya vicarios nostros in provincia Lusitana confirmavimus et mandavimus ut Constitutiones noviter impressas curarent observari, nihil addendo vel minuendo; Ordinationes quoque a Rev<sup>mo</sup> Praecessore nostro in sua visitatione apud eos relictas observari iussimus <sup>32</sup>, ubi nuper impressis Constitutionibus non adversarentur; quod si quid esset in eis quod observari non posset, absque nostro concilio non praetermitteretur. Immunitatem quoque illis fecimus, ne scilicet poenis et censuris essent obnoxii, si ad capitulum non venirent nec mitterent. Denique concessimus praefato fratri Ludovico de Montoya auctoritatem nostram, qua possit absolvi et fratres nostros sibi subditos absolvere a quibuslibet peccatis et censuris, hancque ipsam auctoritatem committere prioribus et vicariis conventuum. Concessimus quoque ut posset apostatas nostri Ordinis recipere, modo vel ob enorme crimen expulsi non fuerint, vel si sponte egressi fuerint, turpiter ac infame in saeculo non vixerint.

Litteris serenissimi Regis Lusitaniae respondimus, gratias agentes Maiestati suae de liberalitate qua usus est erga venerabiles patres fratrem Ludovicum de Montoya et magistrum Sebastianum Toscano <sup>33</sup>, quos revertentes plurimis verbis ei commendavimus.

*Dd 24, 12rv, de la 2ª parte del registro.*

En el fol. 14r añadió poco después el General: «Facultatem fecimus patentibus litteris vener. fratri Ludovico de Montoya... ut cum fines Hispaniae ingressus fuerit, visitare possit loca omnia nostra in quibus asservari solet sanctissimum Eucharistiae sacramentum, et quae minus honeste quam tantum Sacrum decet retineri illud invenerit, arguat et corrigat, eidem omnimodam auctoritatem nostram in hac parte impartientes».

---

pero los dos electores de la provincia portuguesa, Montoya y Toscano, lo visitaron en el convento de Posilipo, cerca de Nápoles, en abril de 1551. *Analecta Aug.* 26 (1963) 83.

31. Sin fecha, pero en mayo, al terminar el capítulo celebrado en Bolonia desde el 15 al 22 de dicho mes, Cristóbal de Padua, primer sucesor de Seripando en el generalato, continuó en el cargo hasta su muerte en 1569.

32. Véanse dichas «Ordenaciones» en *Archivo Agustiniiano* 65 (1981) 11-16.

33. Puede suponerse que don Juan III les pagó el viaje de Lisboa a Nápoles y a Bolonia, con la vuelta a Portugal.

## 21. EL GENERAL A MONTOYA

Trento, 10 de octubre de 1551

*Le exhorta a que siga en el oficio de vicario, pero no se lo impone*

Fratri Ludovico de Montoya:

Ex multis litteris quas ad nos misisse scribis, unas tantum accepimus prima die octobris, datas ultima iulii; quibus primum visis tantum gaudi et laetitia concepimus, quantum ex eorum litteris capi debet a quibus nil nisi gaudio dignum evenire speratur. His tamen lectis, secus nobis accidisse conspeximus: maxime inquam moleste tulimus audire, te muneri a Rev<sup>do</sup> Praecessore nostro tibi collato et summa cum prudentia sedulaque cura a te exornato renuntiare velle. Non enim id honoris tui partibus consulere videtur, ut in primo nostri officii vestibulo auctoritate nostra munus hoc detrectes: ab illo namque nos te prohibuisse iudicemur, priusquam vel fungi coeperis. Scias magis nos eius mentis esse, muneri tibi demandato pro nostra in te, in illo optime exsequendo fide numquam deesse. Quinimmo, quicquid possumus favoris atque auxilii, ut opus tam sanctum tamquem optatum, provinciae scilicet istius reformandae perficias, tibi impendere.

Quamobrem significamus tibi numquam nos eius rei magis avidiores fuisse, numquam ferventiores quam nunc sumus, ad reformandorum istorum fratrum auctoritatem tibi a Rev<sup>do</sup> Praecessore nostro commissam confirmandam, nilque optare magis quam te explendo huic operi totis viribus incumbere. Praeter enim optimas tuas partes, hoc uno nomine, quod probitatis et prudentiae tuae testimonium a Rev<sup>do</sup> magistro Hieronymo habes, non potes mihi non esse carissimus. Retulit namque non semel Rev<sup>du</sup>s ille Pater quantum in cura hac exercenda prudentia tua isti provinciae profueris, quantumque absentia tui —nautae consultissimi— illi officiat.

Munus itaque susceptum constanter exigas, dum rem nobis cupis praestare acceptissimam et Religioni —tuae nempe matri— commodissimam, sed et Deo acceptissima. Non enim nos latet quam regiae Maiestati opera tua sit gratissima. Tuae itaque Religioni non desis, Patri tuo —mihi inquam— tibi auxiliandi in omnibus paratissimo adsis, calamitosis temporibus rationem habeas, quibus adeo premimur ut vix respirare possimus; quin cotidie aut publice Concilii negotiis occupemur<sup>34</sup>, aut litterae aut nuntii non perferantur diversorum eventuum, et saepius malorum, quae aut in Religione committuntur aut ab alienis incutiantur. Non igitur vitam desidem aut otiosam ducimus, sed in defesse laboramus pro republica nostra augustinensi: pro qua vellemus te et laborare et munus susceptum adornare.

Quod si minus exsequi volueris et vocationi tuae resistere statueris

---

34. Cristóbal de Padua, que había enseñado muchos años teología, aparece en las fuentes del Tridentino entre los padres doctos del Concilio en su segundo y tercer período; fue además el único prior general que tomó parte en las sesiones de 1551-1552. *Analecta Aug.* 21 (1949) 85-91.

—quod ne in mentem veniat provideat Altissimus—, tuae permittimus voluntati, quamvis in Religionis servitio illam impendere deberes<sup>35</sup>.

Quae demum pro socio tuo fratre Francisco a Villa Franca postulas, libenti animo concedimus praesentiumque litterarum tenore facultatem eidem facimus priorem locandi in conventu Ulisbonensi quem magis idoneum et conventui commodum iudicaverit.

Tibi insuper pro virtutum tuarum ratione facultatem damus eligendi tibi conventum tuae quieti aptiorem, in quo, dum ab officiis te liberare omnino decreveris, quod supererit vitae tempus impendere et consumere possis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Vale in Domino. Datae Tridenti in aedibus nostris divi Marci, die 10 [octobris] M D LI.

*Dd 24, pág. 88-90.*

## 22. ACTAS DEL CAPÍTULO DE 1552

In Dei nomine. Amen. Comitibus provincialibus peractis Eborae anno Domini 1552, 4<sup>a</sup> dominica post Pascha, praefuerunt Rev<sup>di</sup> patres frater Franciscus a Villa Franca, frater Aloisius a Montoya, vicarii generales in hac provincia Lusitaniae pro Rev<sup>mo</sup> patre fratre Christophoro Patavino, priore generali Ordinis heremitarum sancti patris nostri Augustini. Delecti sunt definitores Rev<sup>di</sup> patres fr. Franciscus a Villa Franca, fr. Antonius a sancta Maria, fr. Gaspar a Villa viçosa, fr. Didacus de sancta Anna. Qui in unum congregati, simul cum Rev<sup>mo</sup> (!) patre fratre Aloisio de Montoya vicario generali, de communi consensu statuerunt ea quae sequuntur:

Principio, illud nostrae intentionis est declaramus, nihil definire aut statuere quod aut cum decretis sacrosanctae Matris Ecclesiae, aut cum Rev<sup>mi</sup> patris nostri generalis institutis repugnet.

Item legimus acta praeteritis (!) capitulis provincialibus eaque approbavimus ac describenda duximus et codici nostrarum Constitutionum adicienda, ut saltem semel in mense in capitulo aut in refectorio recitentur.

Item statuimus ne quis fratrum ad sacrum presbyteratus Ordinem promoveatur, nisi iam quinquennio professus.

Item decrevimus et statuimus ne confessores nostri aut praedicatores aliquid accipiant, quasi in remuneratione auditae confessionis aut habitae conditionis. Quod si vel ii, quorum secretas confessiones audiunt vel ad quos conditiones habent aliquid ipsis contribuerint, id priori deferant, in usus illorum qui

---

35. Es muy verosímil que renunciara al oficio por haberse agravado la discordia entre Villafranca y Toscano después del capítulo de Bolonia; de hecho, en el mismo año 1551 comenzó el destierro de Toscano por orden de Juan III, partidario del gobierno de Villafranca. - El 13 de junio de 1552 escribió Montoya al General, diciéndole que continuaría en el cargo «por obediencia y en servicio de Dios, *ne tam privatae salutis quam publicae utilitatis rationem habuisse viderer*». *Aa 48, 303rv.*

magis indiguerint expendum. Qui contra fecerit, *furti iudicio condemnatur* <sup>36</sup>.

Provisiones conventuum:

Conventui nostro Olysiponensi in priorem praefecimus Rev<sup>mum</sup> (!) patrem fratrem Petrum de Christo et fratrem Amatorem Dei et fratrem Antonium a sancta Monica.

Conventui nostro Conimbricensi in priorem praefecimus fratrem Didacum a sancta Anna; conventuales vero omnes ibidem commorantes constituimus.

Conventui nostro Eborensi in priorem praefecimus fratrem Ioannem a Turre; in conventuales vero omnes ibidem commorantes.

Item conventui nostro Santarenensi in priorem praefecimus fratrem Gasparem a Villa viçosa; conventuales vero omnes ibidem commorantes et fratrem Petrum de Christo et fratrem Amatorem Dei et fratrem Antonium a sancta Monica.

Conventui nostro a Villa viçosa in priorem praefecimus fratrem Antonium a sancta Maria canonice electum et vicarium monialium sanctae Crucis; conventuales vero ibidem constituimus fratrem Amatorem a sancta Maria vicarium, fr. Franciscum de Guimaraes, fr. Petrum Firmum, fr. Antonium a sancto Michaele et omnes conventuales ibidem commorantes.

Conventui nostro de Torres vedras in priorem praefecimus fratrem Antonium ab Angelis; conventuales vero omnes ibidem existentes, praeter fratrem Gasparem ab Angelis.

Conventui praeterea nostro a Monte maiori in priorem praefecimus fratrem Petrum a Villa viçosa; conventuales vero omnes ibidem commorantes.

Conventui nostro de Pena firme in priorem praefecimus fratrem Ferdinandum de Campos; conventuales vero constituimus omnes ibidem commorantes et fratrem Sebastianum de Borba.

Item conventui nostro de Castello branco in priorem praefecimus fratrem Ioannem Sanctus; conventuales vero omnes ibidem commorantes et fratrem Ambrosium et fr. Didacum de Meilão frio et fr. Antonium a sancta Iusta.

*Aa 48, 290r-291v. Firman los dos Vicarios y «fr. Gasp. difinitor».*

## 23. EL EMBAJADOR PORTUGUÉS EN ROMA A CRISTÓBAL DE PADUA

Roma, 30 de mayo de 1552

*Que no permita que fray Sebastián Toscano vuelva a Portugal*

Molto Rev<sup>do</sup> Signor,

Il Re mio signore mi scrissi comandandomi che mi ralegrassi con V<sup>ra</sup> Pa-

36. *Regla de san Agustín, Migne PL 32, 1382.*

ternità della sua electione, quale sua Alteza hebbi cara per la particolare affectione che porta a tutt'el Ordine e considerate le optime parti e virtù di V<sup>ra</sup> Reverentia. E ancho mi comanda che la ringratie della licentia che gli concesse per poter condur certi padri forastieri pel governo di quella provincia, offerendosi sua Alteza a tutte le occorrentie e bisogni del Ordine, come sempre ha fatto.

E di più scrive a V<sup>ra</sup> Paternità sopra frate Sebastiano Toscano, del qual m'avisa che informe V<sup>ra</sup> Reverentia qualmente per certe cause e ragioni molto iuste, e di servitio di Dio e bene e utile del Ordine, quali mossero sua Alteza a scrivere al padre Generale passato si contentassi qua velersse di frate Sebastiano, e non permettesse che retornasse in quella provincia. E pensando che sua Reverentia lo compiacesse, seppi che detto frate Sebastiano viniva con intentione de intrare nelli suoi regni: del che sua Alteza n'hebbi grandissimo dispiacere, per le medesime cause e ragioni che anchora durano. E per evitar tutti gl'inconvenienti che sapeva di certo seguitarebbero, se vi stessee in quella provincia, sua Alteza gli mandò dire che non intrasse in essa. Il che lui non adimpì, dicendo che portava una excommunicatione per poter stare in Lixbona <sup>37</sup>.

E anchora che sua Alteza in ciò harebbe possuto proveder conforme alla sua dishobidientia, no lo vuolsse far, havendo rispetto a V<sup>ra</sup> Paternità, anchora che sua Alteza prendesse scontenteza del caso. E benché gli fusse parlato assaissime volte per frate Francisco de Villafranca e frate Luis de Montoya, pregandolo che lo lassasse venir, dicendo che loro erano apareciati per observar la obedientia e adimpir quello che gli fusse comandato, non lo vuolsse far, per zello qual tiene verso il Ordine e la contenteza che sua Alteza prende in veder con quanta quietudine e riposo al presente quella provincia si governa; e considerando quanti scandoli e disturbi parturirebbi la instantia di frate Sebastiano in essa. Li quali tutti mouvono sua Alteza a pregar V<sup>ra</sup> Paternità con quella instantia ch'è possibile, e così stretamente la prega vuoglia comandar a esso frate Sebastiano Toscano che in nissum modo ardisca intrar in in quella provincia né stare o habitar in essa, perchè, oltre al servitio che in ciò si fa a Iddio e al Ordine, per evitar li scandoli e [conservare] la tranquillità di esso, ne restarà sua Alteza con quella satisfacione che il caso ricerca...

E io di parte mia la prego che vuoglia sodisfar a la buona intentione di sua Alteza, il qual non si muove sinon per cause iustissime, come da un tan catolico e religioso principe s'aspetta. E la prego si degni quanto più presto potrà mandarmi la risposta, con la patente della sua deliberatione, perchè ho qui un corrier il quale aspetta questa commissione, perchè con difficultà si può mandar altro, rispetto le guerre.

---

37. El General había colmado de favores a Toscano en Bolonia, mandando que se le reconocieran en la provincia, «in virtute sanctae oboedientiae et sub poena rebellionis et cum excommunicatione et privatione officii contrafacientium». *Dd 24*, 14rv. Era inevitable el choque con el austero y autoritario Villafranca.



E s'in questa terra io posso far servitio a V<sup>ra</sup> Paternità, quella mi comande, perché trovarà in me un devoto e affectionatissimo servitore di V<sup>ra</sup> Reverentia. Quale Iddio conservi in suo santo servitio, come desidera etc.- Di Roma, a li XXX di maggio nel LII.

Di V<sup>ra</sup> Rev<sup>ma</sup> Paternità servidore...<sup>38</sup>.

*Aa 48, 333rv.*

#### 24. CRISTÓBAL DE PADUA AL REY JUAN III

Padua, 23 de junio de 1552

Certum fecimus serenissimum Regem Portugalliae per litteras nostras oratori suo datas, nos commisisse venerabilibus vicariis nostris fratri Francisco de Villafranca et fratri Ludovico de Montoya, ut venerabilem magistrum Sebastianum Toscanum a provincia Lusitaniae exulem tenerent, propterea quod eiusdem paci et reformationi adversabatur. Praedictos vero vicarios... nostris litteris monuimus ut eundem magistrum Sebastianum Toscanum a provincia Lusitaniae exulem tenerent, quoniam ea esset mens serenissimi Regis.

*Dd 24, 177r.*

#### 25. EL MISMO A LOS VICARIOS EN FAVOR DE TOSCANO

Roma, 10 de abril de 1553

Significavimus diffuse et hortatoriis litteris venerabilibus vicariis nostris... nos duas collectas accepisse; iisdemque commendatum fecimus vener. magistrum Sebastianum Toscanum, hortantes utrumque ut illum care susciperent provinciaeque dignitati et decori unanimes consulerent.

*Dd 25, 63r.*

El 16 de enero de 1554 lo recomendó también al Rey, «non vulgari commendatione», como se lee en el registro *Dd 25, 164r*. En julio del mismo año escribió al Rey, al obispo Gaspar do Casal y a Villafranca, pidiendo limosna a los tres para la celebración del capítulo general de 1555; en la carta al último escribió: «De provincia autem ista nihil est quod scribere nos oporteat; te enim una cum socio illam moderante, in utramque aurem dormire nobis licet. Quapropter tantum curabis ut litteras tuas, una cum serenissimi Regis responso, ocius videamus» *Dd 26, 25v-26r*.

En el mismo registro y en los cuatro siguientes aparecen varios nombres de agusti-

---

38. Indescifrable la firma, que pudiera ser: «El Comendador-mór». En febrero de 1551 mandó el Rey portugués a los comendadores Affonso de Alencastre y Baltasar de Faria que presen-tasen en su nombre obediencia al nuevo papa Julio III. *Corpo diplom. portuguez*, VII, 1-3. El autor de la carta debió de ser uno de estos dos señores.

nos portugueses que estudiaban en los conventos de Italia, así como algunos en el de Salamanca; pero no faltan entre los que iban a Italia los descontentos del gobierno de Villafranca, como parece claro en la carta siguiente.

## 26. EL MISMO A LOS VICARIOS

Nápoles, 8 de octubre de 1554

Vicariis et definitoribus Lusitanis:

Acta capituli provinciae nostrae Lusitaniae litteris vener. vicariis nostris et definitoribus inscriptis confirmavimus.

Sexto nonas octobris accepimus acta capituli provinciae istius <sup>39</sup> et familiarum dispositiones, una cum definitionibus, quae cum non minus pie quam prudenter statuta et tamquam publico Ordinis nostri honori et provinciae istius ornamento convenientia esse perspiciamus, praesentium tenore nostrique officii auctoritate confirmamus rataque ac firmissima esse volumus et mandamus. In nomine etc.

Vestri autem muneris erit omnibus viribus eniti, ut quae omnium consensu statuta fuerunt plene servantur; nihil enim aut parum prodesset mandantis vel statuentis diligentia, nisi et subditorum adesset oboedientia. *Rationabile* tamen, ut inquit Apostolus <sup>40</sup>, sit *obsequium vestrum*. Quandoquidem non desunt qui se a vobis supra vires gravari asseverent, quo fit ut istinc discedentes in fugam vertantur. Qui tamen nobis quantum in ipsis est scandalum praebent, quasi salutarem oboedientiam recusantes.

Scimus quidem vos *zelum Dei habere*; sed ut *secundum scientiam* <sup>41</sup> sit, *ut esse credimus*, omni studio curate. Quae vobis scribimus eo animo suscipite quo a nobis scribuntur, pleno scilicet caritatis et paternaev benevolentiae: habemus quidem vos in visceribus nostris et diligimus in veritate.

*Dd 26, 53rv.*

## 27. EL GENERAL A MONTOYA

Roma, 7 de julio de 1556

Acta capituli Lusitaniae... confirmavimus. Eidem fratri Ludovico de Montoya has litteras dedimus:

Remittimus ad te acta capituli cum constituionibus ibidem decretis nostro iudicio approbata et auctoritate confirmata, quae nobis mirum in modum placuerunt. Nam quod ad constitutiones illas attinet, visae sunt nobis ad alendam

39. No se conservan, como tampoco las siguientes hasta el año 1566.

40. Rom 12, 1.

41. Rom 10, 2.- Toscano, siempre quejoso de Villafranca, escribió en el mismo tono al General; pero éste creía en «el buen zelo» del Vicario. Sabía además —por la carta de nuestro núme-

et augendam bonam istius provinciae apud omnes existimationem accommo-datissimae. Propterea tibi gratias agimus, quod nihil officiorum praetermittis quibus provinciam istam, tot annos per te gubernatam, in melius semper reformare queas <sup>42</sup>. Neque tamen nobis hoc studium tuum hoc tantum tempore perspectum est: iamdiu est quod virtutem tuam et prudentiam agnoscimus; de quibus nunc ita persuasi et confirmati sumus, ut nihil etiam in futurum nobis prorsus timendum esse statuamus, sed in utramque aurem, te illam gubernante, dormiamus.

Non est tamen nobis obscurum, te tantis laboribus pro istius provinciae dignitate statuenda et retinenda susceptis, iam —ut scribis— defatigatum esse, immo pene attritum, nec fortasse tibi vires ad hoc onus ultra ferendum sufficere. Sed tamen nunc non possumus non vehementer te rogare, ut quemadmodum illud hucusque fortiter tulisti, feras etiam in posterum eadem virtute atque animo. Neque est quid dubites aut timaes: Deus ipse, qui tibi animum dedit, addet et vires. Debes autem libenter ad extremum usque halitum cor, animum et vires omnes pro Religione nostra iuvanda exponere. Nosti ex sacrarum Litterarum monumentis nihil iusti ac pii laboris in hoc saeculo suscipi, quin illud in caelis a iusto omnium Iudice abunde compensetur.

Petimus etiam a te mirum in modum ut serenissimum Regem adeas et illius genua sive manus nostro nomine exosculeris, et nostram in illum observantiam et cultum quantum poteris testata facias. Novimus eim te hoc facile praestare posse, cum propter bonam tui famam et opinionem tan facile illum alloquaris, quam ille te libenter audit.

Nos autem pro eius incolumitate et regni sui tranquillitate et incremento fratribus nostris supplicationes frequentissimas indicimus. Agnoscimus enim illi uni Ordinem nostrum tantum debere, quantum omnibus christianis principibus. Itaque nos suae Serenitati commendare non desines ac nostri memoriam apud illum sedulo conservare. Hoc uno non poteris nobis quicquam facere gratius, si assidue praestare studueris.— Bene vale etc.

*Dd 27, 97rv; ibidem 113rv otra carta del 17 de agosto de 1556.*

## 28. SEGÚN EL GENERAL JUAN III NO QUIERE FRAILES CON TÍTULOS ACADÉMICOS

Roma, 27 de abril de 1557

Dederat ad nos litteras invictissimus Rex Lusitanorum, quibus a nobis petebat ut pro provinciae nostrae Lusitaniae pace illiusque conservatione, non

ro 23— que Villafranca y Montoya habían hablado «muchísimas veces» al Rey en favor de Toscana y que estaban dispuestos a recibirlo en la provincia; mas Juan III no accedió a sus ruegos.

42. Y entonces ya como único vicario, pues Villafranca había muerto el 26 de marzo de 1555. Debe suponerse que Montoya escribió con motivo de esta muerte al General; pero ni en sus registros ni en los otros códices que utilizamos hemos visto que se haga mención de la muerte del primer Vicario. Le dedicaremos por ello un recuerdo al fin de estas páginas.

mitteremus eo deinceps ullos omnino fratres nostros graduatos, sive Lusitanos sive externos, cum assereret hoc hominum graduatorum genere, qui se eminentiores ceteris esse volunt, perturbari provinciae pacem. Ad haec vereri se, ne, cum Coimbrae collegium splendidissimum fratrum nostrorum instituisset, vellent et ipsi qui ibi studerent gradus et dignitates illorum aemulatione sibi petere, ac virtutum litterarumque cultum neglegere, et sinceritatem virtutis in ambitionem convertere.

Itaque nos suae Serenitati quod petebat concessimus, suo consilio —quod erat aequissimum— approbato atque etiam valde collaudato: pollicentes nendum hac in parte nos sibi morem genere velle, ne eo graduatos ullos mitteremus, sed nec etiam remissuros esse illos quos minime idoneos iudicaverimus ad custodiendam provinciae reformationem, quae eius opera introducta et eo usque conservata fuerat.

*Dd 27, 242rv. Carta de pésame a la Reina por la muerte del Rey, Dd 28, 354v.*

## 29. EL GENERAL AL DEFINITORIO DE LA PROVINCIA

Roma, 22 de agosto de 1560

### *Admite los grados que concedan los capítulos provinciales*

Provinciali Lusitaniae et definitoribus: Confirmavimus acta comitiorum provinciae Lusitaniae. Admisimus etiam promotos a patribus illis, quos et bonis disciplinis ornatos et eruditos et etiam bonis moribus cultos esse significarunt; quorum vita et doctrina multum illam provinciam illustrandam esse aliquando sperabant... Hortantes illos posthac, nisi eiusmodi promovere vellent, nos autem quod polliciti fuimus servabimus: vel neminem promovebimus, vel si quos —importunitate victi— promoveri contigisset, in ea provincia tali gradu, nisi per comitia provincialia admisi fuissent, potiri nolebamus.

*Dd 29, 116v-117.*

El 24 de febrero de 1561 hizo escribir en su registro Cristóbal de Padua: «Magistro Sebastiano Tuscano... plurimum gratulati sumus quod in provinciam suam redierit suumque reditum serenissimo Regi non ingratum fuisse intelleximus». *Dd 29, 162r.* El nuevo rey don Sebastián gobernaba bajo la regencia de la reina doña Catalina. No parece por lo mismo seguro que fuera ésta la responsable del destierro del agustino, que tuvo que vivir en Castilla de 1551 a 1560.

El 4 de septiembre de 1562, encontrándose ya en Trento como padre del Concilio ecuménico, declaraba el mismo General: «Confirmavimus acta provinciae nostrae Portugalliae una cum provinciali, fratre Ludovico de Montoya». *Dd 29, 220r.* Pero tampoco se conocen dichas actas. Las pocas noticias que se conservan de los años 1563-1564 se refieren a permisos y favores que concedió el General a varios agustinos portugueses, algunos de los cuales se encontraban en Italia. En favor de uno de éstos declaraba el 25 de marzo de 1563: «Fratri Ferdinando Lusitano fecimus litteras quae essent eiusdem

virtutis et auctoritatis, sicut erant illae quas illi Romae fecimus causa magistralem lauream suscipiendi sub anno 1557, die 28 novembris: volentes ut eisdem privilegiis potiretur quibus per priores litteras illum potiri decrevimus». *Dd 29, 235v.*

De estas «priors litteras» nada se dice el 28 de noviembre de 1557 ni en todo el registro de aquel año, que aun se conserva. La renovación de dichos privilegios en 1563, cuando el General continuaba en Trento, disgustó mucho a Luis de Montoya y a tres de sus cuatro definidores, como puede verse en la carta siguiente.

### 30. MONTOYA Y SUS DEFINIDORES AL GENERAL

Lisboa, 25 de septiembre de 1564

*Se quejan de las exenciones que ha concedido a un fraile portugués*

Reverendissime Pater:

Detulit ad nos frater Ferdinandus Lusitanus litteras Paternitatis tuae Rev<sup>mae</sup>, longe alterius argumenti et stili quam hactenus soliti sumus litteras tuas recipere. Tamquam veris oboedientiae filiis quales nos esse credimus, amoris plenissimas litteras nobis solebas mittere, Pater amantissime; at nunc falso delati apud Patrem tamquam rebelles incusamur: *Hoc opus eorum qui detrahunt nobis apud Dominum et qui quaerunt animam nostram* <sup>43</sup>. *Et Assur absque ulla causa calumniatus est nos* <sup>44</sup>.

Non susceptum a nobis magistrum Ferdinandum —ut praecipiebas—, immo contumeliis affectum ais. Falso haec nobis imposita sunt crimina; nullum enim usque hunc diem praeceptum Paternitatis tuae Rev<sup>mae</sup> vidimus cui non oboedierimus. Detulit ad nos olim frater hic Ferdinandus litteras Paternitatis tuae Rev<sup>mae</sup>, nulla prorsus facta de magisterio nec in illis ipsis litteris quas ad nos mittebas mentione, in quibus significabas nobis illius adventum, causa visendorum parentum tantum, tibi gratum fore si illum nostra hac in provincia reciperemus. Nos vero, quamquam nullum abs te ad nos attulit praeceptum... vestibus et loco honoribusque aliorum praedicatorum in hoc conventu Vlisyponae benigne prosecuti sumus. Cumque ipse in Italiam iterum redire vellet, quo primum apostata abierat <sup>45</sup>, expensas et litteras favoris, quas non merebatur homo qui apud nos inquiete vixerat, dedimus, nulla illi umquam facta iniuria de qua vere posset conqueri.

Nunc tandem vidimus praeceptum Paternitatis tuae Rev<sup>mae</sup>, quasi ad rebelles missum —quamquam id non simus, licet falso accusati—, quo praecipiebas fratrem Ferdinandum connumerari in magistrorum numerum et illorum honoribus frui, non obstantibus quibuscumque litteris Paternitatis tuae

43. Ps 108, 20.

44. Is 52, 4.

45. Apóstata sólo de la Orden, por haber ido a Italia sin el debido permiso de los superiores de su provincia.

Rev<sup>mae</sup> de non mittendis ad nos magistris huiusmodi. Nos vero, oboedientiae filii, super caput nostrum litteras Paternitatis tuae imponentes, cum magistro Duardo<sup>46</sup> et magistro Sebastiano Tuscano magistrum etiam Ferdinandum collocavimus; et ut misisti omnia implevimus et observabimus quousque, cognita omni veritate, aliud iubeas futurum in rem et pacem huius provinciae. Aegre enim ferunt multi talis fratris ad tantum honorem promotionem, quem nec sapientia nec vitae probitas commendat. Multi fratres sunt antiquiores inter nos maioris eruditionis et vitae melioris nullaque infamiae nota, nec apostasiae infecti, qualis hic fuit, nullos tales quaerentes honores; unde iustum non erit hunc, falsis negotiationibus litterisque subrogatis et nescio quibus aliis indebitis mediis anteponi melioribus se; quod non fert et iustitia sanctae Religionis nostrae. Numquid fieri potest ut superbi humilibus anteponantur?

In hac provincia humiles tantum et frugi homines vitaeque inculpatae ad litterarum studia mittimus. Multi vero inquieti et vitae non admodum sanae, fugientes a nobis —qui nostri non sunt, si enim nostri essent a nobis non defecissent<sup>47</sup>— ut apostasiae nomen vitare possint, dicunt se ad bonas litteras capessendas in Italiam convolare. Huiusmodi homines, si quid favoris aut modicae litteraturae fuerint nacti, redeunt duplo peiores quam hinc abierint. Hi sunt qui nos conturbant et fugiendi eorum exemplo dant asam multis. Melius nobiscum actum fuisset et cum hac nostra provincia, si huiusmodi inquietos et fugitivos homines alio mitteres, ne nostram hanc provinciam conturbarent suis novitatibus. Humiliter te precamur multi tui filii, amantissime Pater, ut a magisterii gradu prives dictum fratrem Ferdinandum pro pace et quiete huius provinciae, quousque mores eius et litterae id exigant: id quod fiet, si per tres annos sacram theologiam Conimbricae legerit et illic magisterii gradum accipiat, ut decretum est in actis celebratis in hac provincia anno 1560, quae tua Paternitas Rev<sup>ma</sup> approbavit<sup>48</sup>.

Post multa quae nobis ostendit magister Ferdinandus, non sine maxima perturbatione dicit et comminatur se plura ostensurum per quae illi multa licebunt, per tuam Paternitatem Rev<sup>mam</sup> data in scriptis, quae modo non vult ostendere; unde maiorem Religioni nostrae timemus perturbationem. Parcat illi Deus, qui nos sic quietos hactenus conturbavit suis litteris et minis, quas aliquando se ostensurum promittit!

Recordare, Pater, ad nos Paternitas tua Rev<sup>ma</sup> proprio motu litteras misisse in quibus asserebas ita velle condonationes omnes factas esse fratribus, modo pacem et simplicitatem nostram non conturbarent; et quod manifestarentur provinciali indulta per spatium dierum viginti multa significabas, victus multorum importunis efflagitationibus. Haec omnia quae nobis sancte con-

---

46. Había estudiado en París y allí se encontraba en el año 1541, cuando Seripando visitó aquel convento. Cf. Jedin, *Seripando*, I, 199-202.

47. Cf. I Ioan 2, 19.

48. Véase el texto del número 29.

cessisti non rogatus, cassa et nulla facit hic frater rogatu nescio quorum. Tu, Pater, rata et vera confirma quae nobis sponte concessisti. Multa enim dicit hic frater se afferre pro se, et forte pro sui similibus, quae nostram hanc provinciam pessum ire facient.

Ego, pater, *iam delibor et tempus meae resolutionis instat* <sup>49</sup> pondusque Religionis et maxime harum novarum perturbationem ferre non possum. Quamobrem te precamur iterum atque iterum, ut, aut me ab hoc [onere] gubernandae huius provinciae leves, aut provideas tot scandalis. Vale in Domino Iesu, Pater ammantissime. - In conventu nostro Ulyssipponensi, vigesimo quinto die mensis septembris, anno 1564. Tuae Rev<sup>mae</sup> Paternitatis filii oboedientes, frater Ludovicus de Montoya vicarius generalis, fr. Duardus diffinitor doctor Parisiensis, fr. Petrus de Vila viçosa diffinitor, fr. Ioannes de Salvatore definitor.

*Aa 248, 366r-367r, autógrafas sólo las firmas.*

### 31. EL GENERAL A MONTOYA

Nápoles, 21 de noviembre de 1565

Provinciali Portugalliae fratri Ludovico de Montoya scripsimus, quod suas accepimus et quod gratum nobis fuit illud quod conclusum fuit de fratribus congregationis sancti Pauli primi eremitae <sup>50</sup>. Item quod aliis privilegia magistrorum concessuri non essemus; quibus vero concessimus huiusmodi privilegia, si de more esset quod vocem haberent in capitulis provincialibus, haberent et posthac etiam ea gauderent; sin autem, non permittimus.

*Dd 30, 84v.*

### 32. EL GENERAL AL CONVENTO DE LISBOA

Roma, 14 de enero de 1566

*Que no se introduzcan novedades en aquella comunidad*

Per litteras nostras publicas in conventu Ulyssipponensi legendas, omnibus et singulis provinciae patribus praecepimus ac mandavimus sub poena excommunicationis latae sententiae, trina canonica monitione praemissa quam in scriptis ferebamus, ne novam vivendi rationem instituere tentarent; sed pris-

49. 2 Tim 4, 6.

50. No sabemos cómo «concluyó» Montoya dicho asunto; pero no es improbable que lo hiciera como su colega fray Diego López, superior de la provincia de España en los años 1563-66 y muy alabado por el coetáneo cronista Román, porque en dicho trienio logró «deshazer la congregación de sant Pablo, la qual fue ocasión de mucho daño en todas las religiones de España». J. Román, *Chronica de la Orden...*, Salamanca 1569, f. 136.

corum patrum vivendi normam servare studerent. Et hoc, quia quosdam falsos fratres surrexisse audivimus qui singularem quandam vivendi formam introducere tentabant. De quo casu etiam ad Ill<sup>mm</sup> Cardinalem Portugallensem scripsimus, ne hoc permitteret fieri <sup>51</sup>.

*Dd 30, 96rv.*

### 33. MONTOYA A CRISTÓBAL DE PADUA

Lisboa, 27 de febrero de 1566

*De dos indignos fugitivos, que no vuelvan a la provincia*

Gratia, misericordia et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo cum spiritu Rev<sup>mac</sup> Paternitatis V<sup>rae</sup>. Amen.

Cogimur dolentes ad patrem referre quorundam fratrum nostrorum mores, ut possit bonus pastor *pecoris sui vultum agnoscere* <sup>52</sup>. Non enim possumus non commoveri oppido quod a paucis diebus nonnulli ex nostris prodierunt: *sed non erat ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti sint quod sunt omnes ex nobis* <sup>53</sup>.

Solatur nos tamen illorum discessio, ne nostram quietem et vitam religiosam conturbent huiusmodi pestes suis malis moribus. Ex his est praecipuus frater Antonius a Trinitate, qui ubique inter nos vixit scandalose. Hic, cum bis fuisset incarceratus..., tandem e carceribus aufugit. Alter est frater Antonius a Paraiso, qui diu inter nos fecte vixit...

Hosce cum aliis accepimus ad Paternitatem tuam Rev<sup>mam</sup> ire. Tu illos, nostri amatissime Pater, pro meritis recipies et suis falsis criminationibus ne praebeas aures. Est enim hoc genus hominum *ad excusandas excusationes in peccatis* <sup>54</sup> facile; et quod peius est, ad criminandum innocentes.

Unum est quod tuam Paternitatem Rev<sup>mam</sup> exoratam volumus, ne ad nos remittas cum honoribus homines qui pro suis delictis seras deberent poenas dare. Scimus enim illos commendatitiis epistolis munitos et emendicatis extortionibus ad proceres, qui quantum Ordinem conturbent tu melius nosti. Haec omnia impensius tu, Pater, sanctissime diiudicabis. Et quae ex re nostrae Religionis fore cognoveris facies, pro tuo etga nos plus quam paterno amore. Vale.- Datae Vlyssipponae III.º Cal. Martii anno a Christo nato 1566.

Tuae Rev<sup>mac</sup> Paternitatis filius oboediens, fr. Ludovicus de Montoya.

*Aa 48, 344r.*

---

51. El cardenal Enrique, ya citado en la nota 15. Eubel, *Hierarchia cathol.* III, 343. Nada se sabe de las novedades que algunos trataban de introducir en el convento de Lisboa. Véase más adelante la nota 57.

52. Prov 27, 23.

53. 1 Ioan 2, 19.;

54. Ps 140, 4.



## 34. ACTAS DEL CAPITULO DE 1566

In nomine Domini nostri Iesu Christi benedicti. Amen.

Comitiis provincialibus Olyssipponae dominica 4<sup>a</sup> post Pascha anno Domini 1566 celebratis praefuit Rev<sup>dus</sup> pater fr. Ludovicus de Montoya, vicarius generalis. Electus fuit provincialis Rev<sup>dus</sup> pater Petrus de Villa Viçosa; praefecti vero in definitores magister fr. Sebastianus Toscanus, fr. Petrus de sancto Augustino, fr. Ludovicus Matris Dei et fr. Antonius de Passione. Hi omnes, implorato divino auxilio, uno eodemque animo quae sequuntur decreverunt:

Declaramus in primis non esse nobis propositum velle aliquid statuere quod decretis sacrosactae Matris Ecclesiae ac statutis Rev<sup>mi</sup> Patris nostri generalis aliquo modo repugnare videatur.

Quoniam sancta synodus Tridentina statuit ut omnes electiones fierent per secreta calcula<sup>55</sup>, maturo consilio nostrorum patrum definitum est ut electiones nostrae ad hunc modum per omnes huius provinciae conventus fierent, sicut in epistola hic scripta, quam per omnes domus nostras misimus videre est:

Reverendi patres: gratia etc. Statuimus modum sancti Concilii in electionibus nostris per vota secreta observari. Invocata ergo gratia Spiritus Sancti et beatae Virginis Mariae atque divi patris nostri Augustini [intercessione], habita re Sacra, commodum hunc modum cogitavimus — una mecum patres definitores — fieri in omnibus nostris monasteriis: Proposita itaque mensa in capitulo et in ipsa vase, quod possit calcula capere, eligatur palam scriptor qui fratrum eligendorum ab electoribus calcula signabit, et quotquot petierint electoribus dabit; et illorum quod elegerint in vas mittent, alia comminuent.

Hic scriptor primum omnium super sacra Evangelia iurabit, non duplicata se calcula daturum electoribus, sed omnia summa fide facturum. Quae omnia fient, ita ut videri possint ab omnibus, non tamen audiri.

Deinde duo fient auditores, quorum suffragia in dicto vase proiecta numerabit scriptor, quae in duplo excedent electores (cum duo unusquisque in vas mittere debeat), nec erunt plura aut pauciora. Tunc accedent ad mensam ubi sunt recepta duo ex patribus seniores cum priore, quorum unus alta voce pronuntiabit auditores qui plura suffragia habuerit; si vero multi fuerint pares, litem dirimet prior, eligens illorum quos voluerit.

Ita fiet, nullo mutato, in electione discreti, nisi quod loco duorum seniorum qui cum priore in enumeratione calculorum erant, succedent dicti auditores. Si vero alter illorum discretus creatus fuerit, alter pro illo erit auditor suffectus, eo modo electus quo discretus fuit.

Post haec exiet prior de capitulo et procedent electores ad electionem prioris, suo quisque ordine, visi sed non auditi. Manente ergo semper scriptore in loco suo, ad illum accedent electores et acceptis quot voluerint ab ipso

55. *Conciliorum oecumenicorum decreta* (supra nota 20) p. 754.

calculis, uno in dictum vas proiecto aliisque ruptis, confecta re, accedent auditores et discretus; illorum unus pronuntiabit canonicè electum priorem nomenque eius manifestabit, ut facilius possint ad electionem secundo et tertio loco faciendam accedere. Sic enim visum est patribus totius provinciae in hoc capitulo congregatis, ob multa quae hic recensere esset longum.

Quae de electione electi in prima voce diximus, idem penitus intelligimus observandum in electione secundo et tertio loco electi. Horum omnium fidem facient auditores et discretus in scriptis. Poterunt etiam compromittere in eum qui plura calcula habuerit, quando canonica non fuerit electio, vel omnia secreta definitorio committere. Haec breviter fiant et unanimiter in Domino, ut servetur pax, toties nobis a Christo Domino commendata. Bene valete.

Conformiter etiam ad ordinationes a Rev<sup>mo</sup> domino Seripando nobis traditas <sup>56</sup> et usque in hanc diem a nobis observatas —id quod conforme est nostris novis Constitutionibus—, elegimus in definitorio per secreta vota supprioros et sacristas conventuum; sic enim satius conventibus consultum est. Eodem modo ibi priorum electio facta est eorum conventuum qui electionem propter paucitatem fratrum non habent; tum etiam quando illi qui electi ad capitulum veniunt, propter certas et iustas causas mitti non possunt: in quibus ne digito quidem —quod aiunt— transverso a sancta Synodo et nostris Constitutionibus et ordinationibus discedimus. Curabit tamen definitorium tales nostris conventibus praelatos mittere, qui vita et doctrina illis possint consulere. Novas leges seu acta de novo condere nolumus. Hoc enim in votis prae omnibus habemus, non nova excogitare, sed vetera sanctorum patrum statuta per omnes numeros —si fieri posset— observare <sup>57</sup>.

Rogamus etiam et praecipimus ut praedicatores qui ordinariè praedicant in omnibus diebus dominicis et festivis, ut illa septimana in qua a praedicatione vacant eant ad Vesperas et ad Missam maiorem. At illi praedicatores non ordinarii, qui omnibus diebus dominicis et festivis non praedicant, teneantur ire ad omnes Horas diei in illis septimanis in quibus non praedicant.

#### Provisiones conventuum:

In conventu nostro Olyssipponensi praeficimus in priorem patrem fratrem Antonium de Passione canonicè electum. In conventuales vero assignamus: patrem fratrem Ludovicum Matris Dei suppriorum ac magistrum novitiorum, praedivatorem et confessorem, magistrum Eduardum praedivatorem domus et confessorem, magistrum fr. Sebastianum Toscanum praedivatorem domus

56. Ya se indicó la edición en la nota 32.

57. Este paso parece indicar la reacción del definitorio contra las innovaciones introducidas por algunos en el convento de Lisboa y reprobadas severamente por el General: véase su carta en nuestro número 32. No es oportuno recordar aquí lo que se ha escrito —sin base sólida— de los orígenes de los agustinos recoletos en Portugal; quien desee informarse sobre este punto puede recurrir a dos autores que los estudiaron con interés y competencia: G. de Santiago Vela, *Archivo Agustiniiano* 22, (1924) 302-312, 23 (1925) 37-51; S. López, *Analecta Aug.* 10 (1924) 331-359. Los textos que publicamos ahora no invalidan en nada las conclusiones de dichos autores.

et confessorem, fr. Petrum de sancto Augustino praedivatorem domus et confessorem, et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro Conimbricensi praeficimus in priorem patrem fratrem Didacum de sancto Michaeli canonice electum. In conventuales vero patrem fr. Michaeli de Sanctis suppriori, praedivatorem domus et confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro Eborensi praeficimus in priorem patrem fratrem Ioannem de sancto Ioseph. In conventuales vero patrem fr. Andream de Conceptione suppriori, confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro Santarenensi praeficimus in priorem patrem fratrem Ioannem de Salvatore canonice electum. In conventuales vero patrem fr. Didacum de Turre suppriori, confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Villa Viçosa praeficimus in priorem patrem fratrem Augustinum de Iesu canonice electum<sup>58</sup>. In conventuales vero patrem fr. Antonium de Monte maiori suppriori, praedivatorem domus et confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Torres Vedras praeficimus in priorem patrem fratrem Ioannem de Christo. In conventuales vero patrem fr. Dionysium de Iesu suppriori, praedivatorem et confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Monte maiori praeficimus in priorem patrem fratrem Gasparem de Regibus. In conventuales vero patrem fr. Ioannem Baptistam suppriori, confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Pena firme praeficimus in priorem patrem fratrem Amatorem de sancta Maria. In conventuales vero patrem fr. Didacum de Trinitate suppriori, confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Castello branco praeficimus in priorem patrem fratrem Ferdinandum de sancto Nicolao. In conventuales vero patrem fr. Emanuele de Resurrectione suppriori, praedivatorem et confessorum et reliquos ibidem existentes.

In conventu nostro de Tavira praeficimus in priorem patrem fratrem Emanuele de Iesu. In conventuales vero patrem fr. Franciscum Matris Dei suppriori, praedivatorem et confessorum et reliquos ibidem existentes.

*Ff 23, 356-358v.* Siguen las firmas autógrafas del vicario Montoya, del provincial Pedro de Vila Viçosa y de los cuatro definidores.

### 35. EL GENERAL CONFIRMA LAS ACTAS

Roma, 20 de septiembre de 1566

Provinciali, definitores ac fratri Ludovico de Montoya provinciae Lusitanae scripsimus, nos magna laetitia affectos esse eo quod comitia provin-

58. Conocido también con su apellido Agustín de Castro, profesó en Lisboa en 1555, fue provincial más de una vez, desde 1570, y arzobispo de Braga de 1589 a 1609. Vela, *Ensayo*, cit. I, 656-60; *Augustiniana* 26 (1976) 240.

cialia pacifice celebrata fuere, in quibus electus in provincialem fuerat frater Petrus a Villa Viçosa, confirmantes acta et provincialem simul: hortantes atque admonentes illos ut paci studerent et unitati, proprietatem prorsus abdicantes quae paci inimica est a discordiae parens. Consilio etiam provinciam et ope adiuvaré non omitterem; quamdiu etiam magister Christophorus Barros <sup>59</sup>, qui Romae manet, negotium provinciae Portugalliae tractaret, nullum sentiet impedimentum.

*Dd 30, 150r.*

### 36. MONTROYA AL GENERAL

Lisboa, 15 de junio de 1566

Reverendissime Pater,

Caritatis et oboedientiae stimulis actus, sustinui pondus huius provinciae Lusitaniae in educatione nostrorum fratrum, meis quidem humeris impar; at non videbam quo pacto illud excutere deberem si paci et bono huius provinciae consulendum foret. Nunc vero iam aetatis meae annum septuagesimum ingressus et huius regiminis trigesimumprimum, virium effectarum senex, nactus sum liberandi me ab hac face opportunum tempus in hoc provinciali capitulo, consensu seniorum patrum in illo congregatorum: quae magna mihi concessa misericordia cordi fuit!

Creto ergo huius provinciae provinciali et domus istius priore in his nostris comitiis, me illis inserviturum maturis consiliis auctoritate vicarii generalis, qua pro te fungor, atque etiam in illos animadversurum (quamquam de illis meliora speramus), si in aliquo offenderint promisi.

Electus est autem provincialis *quem ego maxime fieri optatam*, frater Petrus de Villaviciosa, vir de Religione —ut nosti— bene meritus <sup>60</sup>. Bene mecum actum est, immo cum Religione: habet enim viros qui illam in pace possint perpetuo conservare.

Tu ergo, pater amantissime, concessam mihi misericordiam non deneges, ut possim brevi moriturus animae meae domui disponere. Vale in Domino Iesu, Religionis nostrae honor et decus.- Vlyssipponae, die 15 iunii M D LXVI.

Paternitatis tuae Rev<sup>mae</sup> filius oboedientiae,  
fr. Ludovicus de Montoya, vic. gen.

*Aa 48, 349r.* Autógrafa sólo la firma.

\* \*  
\*

59. «Profesó en el convento de Salamanca en 1535; fue maestro en teología y gran predicador... Murió el 17 de julio del año 1590 y tiene un honroso epitafio que testifica que por mandato de Pio IV asistió en el Concilio Tridentino». Así el bien informado Herrera, *Historia del convento de San Agustín de Salamanca*, 269-70; pero no consta que fray Cristóbal hablase alguna vez en las congregaciones de los teólogos conciliares. Cf. C. Gutiérrez, *Españoles en Trento*, Valladolid 1951, p. 201.

60. Conocido del General, porque también este religioso había ido en 1561 al Concilio de

Aunque continuó como vicario hasta su muerte en 1569, no se conservan más cartas de Montoya al superior de la Orden. Desaparece pues su nombre en el gobierno de la provincia portuguesa, como había desaparecido once años antes el de Francisco de Villafranca, muerto el 26 de marzo de 1555. Al despedirnos de los dos vicarios, juzgamos oportuno hacer algunas observaciones a lo que ha escrito de ellos un amigo nuestro en sus estudios acerca de Sebastián Toscano <sup>61</sup>.

Dice don Armando —p. 39— que al regresar Toscano de Italia a Portugal, con su «mentalidade europeia», chocó con «o ideal ibérico de reforma e as vistas mais estreitas dos vigários». No es necesario suponer miras estrechas para explicar un hecho frecuente en la historia de las Órdenes religiosas en todo tiempo y en todas partes: el desacuerdo entre súbditos dedicados a los estudios o al apostolado y superiores celosos de la observancia y de la vida común. Expertos de la Curia romana acerca de la situación religiosa en Portugal aseguraban en el año 1542, que Villafranca y Montoya «confessano *gran numero di persone*», que «predicano *sempre* et il Villafranca ha *concorso grandissimo*», y que «il Re li crede *assai e molti uomini grandi*» <sup>62</sup>. ¿Eran también el Rey y estos señores de mentalidad estrecha? ¿No sería demasiado ancha la de Toscano?

Leemos a continuación que, al regresar el Obispo de Oporto de Trento a Lisboa en 1549, le encargó Seripando que «admoestasse em seu nome» a Villafranca; pero ni en la carta de Seripando a dicho Obispo —copiada en nuestro n.º 7—, ni en la respuesta del Prelado a nuestro General, que también se conserva, hay la mínima alusión a tal encargo. Y quien lo suponga, demuestra no conocer a Seripando, que no mendigaba la ayuda de un extraño a la Orden para «amonestar» a un súbdito, al que escribió muchas cartas y al que solamente reprendió por no asistir a los capítulos generales. En cuanto a la frase del autor con motivo de la nota 40, que en su visita del 1541 Seripando encontró en Portugal, «em matéria de educaçõ de noviços», cosas disconformes de las leyes de la Orden, aun las había encontrado más disconformes en varias provincias de Italia, Francia y España. Era esto cosa prevista en las Constituciones, que en su capítulo 40 mandaban al General: «*Ordinem visitet, mores provinciarum ab uniformitate Ordinis alienos corrigat et reformet*». Y es también cosa cierta que en ninguna provincia se mostró Seripando tan satisfecho de la educación de los jóvenes como en la portuguesa.

Después de transcribir una carta del año 1566, habla el autor —p. 54-

---

Trento, en compañía del obispo agustino Gaspar do Casal, como lo dice el mismo fray Pedro en carta a Cristóbal de Padua: *Aa 48, 357r*.

61. Armando de Jesus Marques, *Frei Sebastião Toscano na conjuntura religiosa da sua época*, Coimbra 1963; id., *Da vida e escritos do humanista português frei Seb. Toscano*, en *Aufsätze zur Portugiesischen Kulturgeschichte* (de la Soc. Goerresiana) 6 (1966) 28-61. Son de este segundo estudio las frases que citaremos en el texto.

62. *Archivo Agustiniiano* 65 (1981) 7.

55— de la crisis «que sempre representa numa instituição de superiorado vitalício», como fue el de Montoya; añade que «os velhos pegam-se às coisas com o mesmo entranhado amor que as mães consagram aos filhos que lhes custaram maiores dores; e, dispostos a retirarem-se quando ainda eran capazes, julgam-se imprescindíveis agora que já não podem quase nada». En cambio, muerto Montoya en 1569, «o vento mudou». Los primeros en rechazar estas afirmaciones hubieran sido los agustinos portugueses que comenzaron a gobernar su provincia desde el año 1570, así como los primeros biógrafos que tuvo en Portugal el venerado Vicario castellano: Tomé Andrade de Jesús, Meneses, Pacheco y el teólogo Egidio Fonseca de la Presentación; pero, limitándonos a la carta en la que don Armando funda sus afirmaciones, no vemos en ella frase alguna para hablar de crisis ni motivo para suponer que Montoya se mostrase en sus últimos años apegado al cargo. A fin de que el lector juzque por sí mismo, transcribimos aquí la parte esencial de la carta, firmada por Montoya, por el nuevo provincial Pedro de Vila Viçosa y por sus cuatro definidores, el último de los cuales era Toscano, que fue también el que manejó la pluma en la redacción de la misiva:

Reverendissime Pater... *Vigilantia* nostrorum patrum vicariorum Francisci de Villafranca et Ludovici Montoya *effectum est, ut in pace res huius provinciae Lusitaniae peractae sint*. Horum altero vita functo, alter qui in humanis agit vicarius noster Montoya eadem nos doctrina et moribus pascit. Qui, quamquam *hoc onus excutere vellet...*, *repulsam a patribus hactenus passus est*, licet non deessent qui hoc regiminis onus subire possent, Deo optimo maximo sic disponente. Sed quoniam per aetatem illi proviciam non liceret visitate, de consilio patrum, hoc illo postulante, duo visitatores creati sunt, magister Sebastianus Tuscanus et frater Antonius de Passione... Sequenti biennio alii duo constituti sunt, scilicet magister Eduardus et fr. Petrus de Villa Viciosa.

Mejor que «o vento mudou», debe decirse que la provincia portuguesa comenzó a ser gobernada por religiosos nativos y formados en la escuela de los dos Vicarios, alabados en forma única por Seripando, «ob veram et sanctam reformationem quam nostris oculis vidimus» (Dd 21, 29r). Y debe añadirse que la actividad misional de la misma provincia desde el año 1572 fue debida en gran parte a aquella «santa reforma», nunca desaprobada ni puesta en duda siquiera por los superiores de la Orden.